

BIBLIOTHECA
SCRIPTORUM MEDII RECENTISQUE AEVORUM
REDIGIT LADISLAUS JUHÁSZ, SZEGED (HUNGARIA)

SAECULA XV—XVI.

CONRADUS CELTIS PROTUCIUS

LUDI SCAENICI
(LUDUS DIANAE — RHAPSODIA)

EDIDIT
FELICITAS PINDTER

MCMVL. — EGYETEMI NYOMDA, BUDAPEST

BIBLIOTHECA
SCRIPTORUM MEDII RECENTISQUE AEVORUM

REDIGIT LADISLAUS JUHÁSZ, SZEGED (HUNGARIA)

SAECULA XV—XVI.

CONRADUS CELTIS PROTUCIUS

LUDI SCAENICI
(LUDUS DIANAE — RHAPSODIA)

EDIDIT

FELICITAS PINDTER

MCMVL. — EGYETEMI NYOMDA, BUDAPEST

79 kwt

114 934



INTRODUCTIO.

I. — De vita operibusque Conradi Celtis Protucii.

Conradus Celtis Protucius filius cultoris vineae Kalendis Februariis a. 1459 in pago Wipfeld prope Herbipolim (in Franconia) natus est. A patre ad negotium paternum destinatus est, studium autem bonarum artium, quarum elementa a propinquo quodam ecclesiastico didicerat, vitae rurali praeposuit, quapropter adulescentulus duodeviginti annorum domo patria clam relicta nave in Moeno et Rheno Coloniam Agrippinam vectus est, ubi in gymnasio liberalibus artibus et theologiae aliquantum temporis studuit et in haccalareatus gradum a. 1479 ascendit.¹ Deinde Celtis per nonullos annos peregrinatus esse regiones gentesque Germaniae perquirendi et litteras discendi docendique causa creditur, dum denique Heidelbergae per Rudolfum Agricola eiusque patronum Ioannem de Dalberg praesulem Wormatiensem studiis humanitatis totus traditus est. A. 1485 magister artium promotus² post Agricolae mortem iterum peregrinari coepit. Aestate a. 1486 Lipsiae moratus Artem versificandi et carminum Friderico Saxoniae electori dedicatam et mox duas tragoedias Senecae (Hercules furens et Coena Thyestis) edidit. Proximi vere anni (1487) auctore Friderico electore in arce Norimbergensi ab imperatore Friderico III. primus inter Germanos more Italico poetica lauro coronatus est, cui pro illo honore in quodam opusculo (Proseuticum ad divum Fridericum tertium pro laurea Apollinari) gratias egit. Studia, cum Italiam fontem renascentium litterarum ignoraret, imperfecta ratus paulo post Alpes transiit et clarissimos philosophos Patavii, Ferrariae, Bononiae, Florentiae, Venetiis et Romae audivit. Rediens per Hungariam in Poloniam profectus est et Cracoviae studiis praesertim mathematico-astronomicis se dedit.

Duobus annis post per Vratislaviam et Pragam in Germaniam meridionalem reversus exeunte anno 1491 vel ineunte proximo in gymnasio Ingolstadensi docere coepit, ubi orationem inauguralem habuit eandemque una cum quadam Panegyri ad duces Bavariae scripta edidit.³ Pro lectionibus Epitoma in utramque Ciceronis Rhetoricam a. 1492 typis excudendum curavit. Ingolstadii aliquamdiu familiaritate doctorum virorum usus, stipendio et munere docendi satis contentus Academiam Platonicam ad bonas litteras curandas Italico more condere volebat, quo consilio postea Sodalitates Litterariae ortae sunt. Sed mox variis aerumnis affectus lecturam negligere coepit crebrisque itineribus per Germaniam

¹) H. Keussen, Die Matrikel der Universität Köln, t. 2., Bonn 1919, p. 48. (Publikationen der Gesellschaft für Rheinische Geschichtskunde 8.)

²) G. Toepke, Die Matrikel der Universität Heidelberg, p. 1, Heidelberg 1884, p. 377; p. 2. Heidelberg 1886, p. 416.

³) Nova editio ab Iohanne Rupprich curata in hac Bibliotheca (Conradus Celtis Protucius: Oratio in gymnasio in Ingelstadio publice recitata cum carminibus ad orationem pertinentibus, 1932. Appendix).

vagatus est. His annis alteram editionem Artis versificandi et carminum (1494) et Carmen Sapphicum ad Sanctum Sebal dum (1495) edidit. Praeterea summa diligentia libris Amorum, Odarum, Epigrammatum conscribendis incubuit, in quibus vitam, amores, amicos, peregrinationes ac studia ornatu poetico descripsit.

Anno 1497 a Maximiliano I. fautore suo in universitatem Viennensem studiis humanitatis tunc florentissimam vocatus est, ubi maxime contentus usque ad mortem multifarias artes litterasque et musicam colendo, scriptores antiquos et Germanos medii aevi edendo, carmina sua incepta ad finem perducendo iuvenes docuit. A. 1501 Celte auctore Collegium poetarum et mathematicorum ab imperatore conditum potestateque poetas laureandi donatum est, cui Celtis praepositus est. His annis haec opera edidit: Apulei De mundo (1497), epigrammata titulo Oeconomiae collecta (1499—1500), Propositiones cardinalis Nicolai Cusae De li non aliud una cum Carmine Saeculari Celtis (1500),⁴ Septenaria sodalitas litteraria Germaniae et minora carmina Ausonii (1500), Taciti Germania et Germania Generalis Celtis (1500), Ludus Dianae (1501), opera Hrotsvithae a Celte in coenobio S. Emerani Ratisponae inventa (1501), Carmen ad Charitatem Pirckheimer (1502), Quattuor libri Amorum⁵ una cum aliis operibus (Germania Generalis, Libellus de origine, situ, moribus et institutis Norimbergae,⁶ Vita S. Sebal di, Ludus Dianae) partim iam editis (1502), Rhapsodia una cum carminibus Collegii poetarum in Maximilianum (1505), Melopoeiae Petri Tritonii discipuli Celtis (1507), Ligurinus a Celte inventus (1407). Cetera diversa et varia studia Celtis immatura morte abrupta sunt. Die 4. mensis Februarii anni 1508 diem supremum Viennae in bursa S. Annae obiit et in coemeterio S. Stephani sepultus est. Post mortem a. 1513 ab amicis libri Odarum quattuor in publicum editi sunt⁷; libros Epigrammatum quinque a. 1881 Carolus Hartfelder edidit; editio epistolarum Conradi Celtis et missarum et allatarum ab Iohanne Rupprich a. 1934 curata est. Germania illustrata opus maioris momenti, cuius praeludium non solum Norimbergam, sed etiam quattuor libros Amorum et Germaniam Generalem fuisse putamus et qua scribenda paene totam vitam consumpsit, ad finem non perducta est.

BIBLIOGRAPHIA. E. Klüpfel, De vita et scriptis Conradi Celtis Proctuii, tt. 2 (ed. J. C. Ruef et C. Zell), Friburgi Brisgoviae 1827. — J. Aschbach, Roswitha und Conrad Celtes, 2. Aufl., Wien 1868. — Die früheren Wanderjahre des Conrad Celtes, Wien 1869. — Geschichte der Wiener Universität, t. 2, Wien 1877. — C. Hartfelder, Konrad Celtes und der Heidelberger Humanistenkreis (Histor. Zeitschr., t. 47., Neue Folge t. 11.) 1882. Der Humanist Celtes als Lehrer (Jahrb. f. Philologie und Pädagogik, t. 2., a. 29.) 1883. — Konrad Celtes und Sixtus Tucher (Zeitschr. f. vgl. Litgesch. Neue Folge 3.) 1890. — Fr. Bezold, Konrad Celtis, der deutsche Erzhumanist (Histor. Zeitschr. t. 49.) 1883. [Nova editio: Aus Mittelalter und Renaissance, Mün-

⁴) In editione Odarum edidimus in hac Bibliotheca, 1937.

⁵) Novam editionem Amorum et Germaniae Generalis curavimus in hac Bibliotheca, 1934.

⁶) Tunc primum in lucem prodit.

⁷) Nova editio a nobis curata in hac Bibliotheca, 1937.

chen 1918.] — *B. Hartmann*, Konrad Celtis in Nürnberg (Mitt. d. Vereins f. Geschichte d. Stadt Nürnberg, t. 8.) 1889. — *Th. Geiger*, Conrad Celtis in seinem Beziehungen zur Geographie (Münchener Geogr. Studien, t. 2.) 1896. *Fr. Moth*, Conradus Celtis Protucius, Kolding 1898. (Danice). — *G. Bauch*, Die Anfänge des Humanismus in Ingolstadt (Histor. Bibl. 13.) München 1901. — Die Rezeption des Humanismus in Wien, Breslau 1903. — *G. Manacorda*, Celtis' Gedichte in ihren Beziehungen zum Klassizismus und italienischen Humanismus (Studien z. vgl. Litg. t. 5.) 1905. — *A. Werminghoff*, Conrad Celtis und sein Buch über Nürnberg, Freiburg i. Br. 1921. — *G. Ellinger*, Italien und der deutsche Humanismus in der neulateinischen Lyrik, t. 1., Berlin 1929. — *P. Joachimsen*, Der Humanismus und die Entwicklung des deutschen Geistes (Deutsche Vierteljahrsschrift f. Literaturwissenschaft u. Geistesgesch. t. 8.) 1930. — *H. Rupprich*, Der Briefwechsel des Konrad Celtis, München 1934. Introductio. — Konrad Celtis und der Nürnberger Ratsherr Hieronymus Haller (Mitt. d. Vereins f. Gesch. d. Stadt Nürnberg) 1935. Deutsche Literatur; Reihe Humanismus und Renaissance, t. 2. Leipzig 1935. Introductio.

II. — *De ludis scaenicis Celtis eorumque editionibus.*

Celtem iam ab adulescentia artem dramaticam dilexisse duae tragoediae Senecae ab eo iam a. 1486 editae testantur. Posterioribus annis, dum Ingolstadii et Viennae iuvenes docuit, comoedias Plauti et Terentii auditoribus suis non solum legebat legendasque proposuit, sed etiam publice in universitatis aula agendas curavit. Ita haud mirum est et ipse ludos scaenicos scripsisse, etquidem duo — codicibus perditis — typis excusi — Ludus Dianae et Rhapsodia — ad nostram aetatem quoque remanserunt, tertius autem mense Februario a. 1506 Viennae actus periit, cuius ne titulum quidem nec, qua occasione et scriptus et actus sit, novimus.¹ Ludus Dianae et Rhapsodia in laudem Maximiliani I. scripti — dissimiles ludis scaenicis Graecorum et Romanorum — laudationes hymnicae et recitatoriae sunt choris saltationibusque et varia musica ornatae, qui non sine pompa aulica praesente rege et curia — coronatione quoque poetica adiuncta — a Celte ipso quoque et amicis discipulisque acti sunt. Qui ludi scaenici Celtis initia ludorum scaenicorum saeculi XVIII. non indigna sunt, cuius temporis cultus et litterae artesque Barock nominantur.

a) LUDUS DIANAE.

Ludus Dianae Kalendis Martiis a. 1501 in arce Linsiana (Linz in Austria) coram Maximiliano I. imperatore et rege Romanorum eiusque uxore Blanca Maria et principibus Mediolanensibus imperatricis cognatis actus² est, qua occasione Vincentius Longinus Silesitanus poetica lauro ab imperatore coronatus est. — Codices Ludi Dianae nullos habemus; ad nostram aetatem bis excusus re-

¹) Gustavus Bauch (Die Rezeption des Humanismus in Wien, Breslau, 1903, p. 154.) hunc ludum scaenicum nunc deperditum mense Februario Viennae actum asserit.

²) Actores, sicut e titulo editionis d. apparet (v. editionem d), erant. Petrus Bonomus regius cancellarius, Iosephus Grunpekius regius secretarius, Conradus Celtis regius poeta, Ulsenius Phrysius et Vincentius Longinus in hoc ludo corona laurea donatus.

mansit, etquidem primum (d) a. 1501, quo anno actus quoque est, die 15. mensis Maii, secundum (a) a. 1502. — Nos in hoc ludo scaenico edendo editionem alteram (a) secutae sumus lectionibus variantibus ambarum editionum in Annotationibus Criticis diligentissime conscriptis. In editione prima (d) etiam sigla musica distichi et strophae Sapphicae impressa sunt,³ item carmen Stabii ad Maximilianum scriptum [a nobis in Appendice I. B) editum] tantum in prima editione (d) editum est, ex editione secunda (a) igitur et sigla musica et carmen Stabii relicta sunt. — Carminum, quae nos in Appendice I. A) edidimus, unum [A) 1] in Ludo Dianae post versum 103., alterum [A) 2.] post versum 199. (in fine Ludi Dianae) posita erant; nos igitur, ne ludum scaenicum abrumperemus, hos versus excepimus et separatim in Appendice I. A) edidimus. Carmen Stabii [Appendix I. B)] in editione prima (d) post carmen Celtis a nobis in Appendice [I. A) 2.] editum invenimus.

Editiones.

d — 1501, Norimberga. — *Tit.*: Ludus Dianae in modum comediae coram Maximiliano Rhomanorum rege Kalendis Martiis et ludis Saturnalibus in arce Linsiana Danubii actus clementissimo rege et regina ducibusque illustribus Mediolani totaque regia curia spectatoribus per Petrum Bonomum regi. cancel., Ioseph Grunpekium reg. secre., Conradum Celtem reg. poe., Ulsenium Phrisium, Vincentium Longinum in hoc ludo laurea donatum foeliciter et iucundissime representatus. — Infra hunc titulum imago bicipitis aquilae (arma imperatoris) de ligno inciso impressa est. — *In fine*: Impressum Nuremberge ab Hieronymo Hölcelio cive Nurembergensi anno M. CCCCC. et primo novi saeculi Idibus Maiis. — Quae editio continet sigla musica distichi post versum Ludi Dianae 68. et strophae Sapphicae post versum 175.; duo carmina Celtis a nobis in Appendice I. A) edita: unum post versum 103 : App. I. A) 1., alterum post versum 199. (in fine Ludi Dianae): App. I. A) 2.; carmen Stabii post carmen Celtis App. I. A) 2.: App. I. B). — In Ludo Dianae edendo non hanc editionem (d), sed alteram (a) fundamento posuimus. Lectiones variantes in Annotationibus Criticis composuimus.

a — 1502, Norimberga. — In libro, cuius titulus: Conradi Celtis Protucii primi inter Germanos imperatoris manibus poete laureati quatuor libri Amorum secundum quatuor latera Germanie (impressit idem Hieronymus Hölzel), in foliis qiiiv—qviv (in fine

³) Sigla musica distichi post versum 68. de ligno inciso excusa sunt, supra quae haec inscripta sunt: Armonia carminis elegiaci quattuor vocum; supra et intra quae autem haec: Discantus - Altus - Tenor - Bassus. - Sigla musica strophae Sapphicae post versum 175. item de ligno inciso impressa sunt, supra et intra quae haec inscripta sunt: Discantus - Tenor - Bassus. (V. ante 160.: totus chorus gratiarum actiones regi cantavit *tribus vocibus*). — Haec sigla musica vetera in moderna transcriptis R. V. Lillencron: Die Chorsänge des lateinisch-deutschen Schuldramas im XVI. Jahrhundert (Vierteljahrsschrift für Musikwissenschaft, Leipzig, 1800., t. 6., pp. 309—87. - Ad sigla musica Ludi Dianae v. pp. 316—17. et 359.). — De hoc commentario et consiliis et revisione maximas gratias agimus Andreae Szeghy, Benedicto Szabolcsi et Oscario Szita professoribus musicae Hungaris.

libri) invenimus Ludum Dianae. Quia textus huius editionis (a) ex editione prima (d) ab ipso Celte correctus est et sic meliorem texum habet, in hoc ludo scaenico edendo hanc editionem (a) accepimus et non editionem d, variantibus lectionibus ambarum editionum in Annotationibus Criticis accuratissime conscriptis. — Sigla musica et carmen Stabii, quod igitur tantum ex editione d in App. I. B) edere potuimus, ex hac editione relicta sunt.

b) RHAPSODIA.

Rhapsodia ad victoriam, quam Maximilianus I. imperator die 12. Septembris a. 1504 prope Ratisponam de Boemis auxiliariis Palatini ducis⁴ consecutus erat, scripta et mox Viennae coram imperatore et rege Romanorum (Maximiliano I.) et curia regia a discipulis Celtis⁵ acta est, etquidem iam ante diem 30. mensis Novembris eiusdem anni.⁶ Qua occasione Sigismundus Fuchsmagen, filius doctoris Iohannis Fuchsmagen, regii secretarii, fautoris Conradi Celtis, poetica lauru coronatus est. — Codices de Rhapsodia, sicut de Ludo Dianae, nullos habemus; ad nostram aetatem tantum in sola editione remansit, quae anno proximo (1505) edita est. Ex hac autem editione duo specimina habemus: Omnibus exemplaribus nondum venditis fini eorum exemplarium, quae non vendita erant, adiuncta est — ut videtur, eodem anno — charta (fol. 24.) duo carmina Celtis continens, quae nos in Appendice E) [E) 1. et E) 2.] edidimus. Eas igitur editiones, quae haec duo carmina Celtis non habent, littera i, quae autem habent, littera o significamus. — Conradus Celtis carmina Sodalitatis Litterariae Viennensis Collegii occasione Collegii erigendi ad Maximilianum scripta [App. C) b)

⁴) Cf. H. Ulmann, Kaiser Maximilian I., t. 2., p. 224. et sqq.

⁵) In exemplari Viennensi editionis i Rhapsodiae (National-Bibliothek, 44. V. 55.) nomina discipulorum ludum agentium coeva manu inscripta sunt:

Sigismundus Fuchsmagen	{ Orator
Sebastianus von Losenstain	{ Mercurius
Stephanus von Zinsndorff	Paresiphanus
Erasmus von Hohenberg	Heroldus
Wolfgangus von Neideck	Clio
Gregorius von Losenstain	Thalia
Panthus von Losenstain	Melpomene
Leopoldus Jordanus	Euterpe
Joannes Jordanus	Polymnia
Wolfgangus Prantner	Aerafo
Augustinus Waldenburger	Terpsicore
Hieronymus von Leuen	Calliope
Waltheasar von Andelo	Urania
Joannes Waldner	Bacchus
Sebastianus Hager	Appollo
Cristofferus Krachenberger	} Chorus
Georgius Wasar	

⁶) Augustinus Moravus enim in epistola quadam ad Celtem die 30. mensis Novembris a. 1501. Buda scripta haec scribit: Audio te nuper Germanicum triumphum de Boemis comico choragio ac syrmate Viennae repraesentasse (Rupprich, Briefwechsel, o. c., ep. 320. — E mendo librarii codicis in epistola a. 1501. est certo pro a. 1504.).

I—III.] — una cum praemisso carmine suo [App. B) 3.] et sua epistola dedicatoria ad Maximilianum scripta [App. C) a) 3.] et quattuor carminibus suis [App. C) a) 2., 4., 5. et 6.] — prius separatim in libello apud Aldum Manutium Venetiis a. 1504 edere cupiebat, qui cum ea edere recusavit, immo abnegavit⁷⁾, Celtis haec opuscula una cum carminibus suis [App. A) 1. et 2., B) 1. et 2.] et epistola ad Augustinum Moravum scripta [App. A) 5.] et epistola Augustini Moravi ad Celtem scripta [App. A) 4.], quae Boemos tractant et hoc modo eadem Celtis ceterum quoque una cum Rhapsodia editurus erat, Rhapsodiae adiunxit adiunctis⁸⁾ — ut videtur — tunc carmine quodam Ioannis Sturnii [App. D) 1.] et pentametro suo [App. D) 2.]. Cum autem ex exemplaribus libri plura vendita erant, adiuncta est charta — sicut supra scripsimus — duo carmina Celtis continens [App. E) 1. et 2.], quae exemplaria nos littera o significavimus, cum exemplaria, quae haec duo carmina Celtis non habent, littera i.

Editiones.

i — 1505, Augusta Vindelicorum. *Tit.*: In hoc libello continentur: Divo Maximiliano Augusto Chunradi Celtis *ρᾱψωδία*, laudes et victoria de Boemannis per septem electores et regem, Phoebum, Mercurium et Bachum et novem Musas personatas publico spectaculo Vienne acta anno M.D.III. Divo Maximiliano Sodalitatis Litterariae Collegii Poetarum Viennae in delectu publico per classes decantatae et recitatae laudes pro erectione eiusdem Collegii. (Impressus est liber per magistrum Ioannem Otmar.) — Liber duabus imaginibus ligno incisis manu Iohannis Burgkmair ornatus est, quarum una [fol. 2., post App. II. A) 4.] pugnam contra Boemos (subscriptio imaginis: Stratagema regium c. Boe. [sc. contra Boemos]), altera (fol. 14.) insignia Collegii poetarum (sceptrum, sigillum, birettum, annulus, corona) illustrat⁹⁾. — Editio continet: App. A) 1.: fol. 1.; A) 2.⁹⁾: fol. 1.; A) 3.¹⁰⁾: fol. 1.; A) 4.¹¹⁾: fol. 2.; imago ligno incisa Iohannis Burgkmair pugnam contra

⁷⁾ Ibidem v. ep. 315.

⁸⁾ Alia imago quoque a Iohanne Burgkmair ligno incisa, quae ad Rhapsodiam attinet, nota est in Collectione Albertina Viennae. (Imaginem iterum impressit J. v. Schlosser, Jahrbuch der kunsthistorischen Sammlungen, t. 17., 1896., p. 69.) In imagine aquila biceps (arma caesarea) videtur cum variis figuris allegoricis. Supra imaginem hoc distichon legitur:

Laurea sarta gerit sacro Iovis ales in ore
Maximilianeis iam celebrata scolis.

Infra imaginem autem haec duo disticha:

Burgkmair hanc aquilam depinxerat arte Iohannes
Et Celtis pulchram texuit historiam;
Ille novem Musis septenas iunxerat artes,
Quas studio parili docta Vienna colit.

⁹⁾ Fünf Bücher Epigramme von Konrad Celtes, ed. Carolus Hartfelder, Berlin, 1881., lib. V. ep. 68.

¹⁰⁾ Rupprich, Briefwechsel, o. c. ep. 327.

¹¹⁾ Ibidem ep. 328.

Boemos illustrans: fol. 2.; A) 5.: fol. 2.; Rhapsodia: foll. 3—10.; App. B) 1.¹²: fol. 10.; B) 2.: foll. 10—12.; B) 3.: fol. 12.; C) a) 1.¹³: fol. 12.; C) a) 2.¹⁴: fol. 12.; C) a) 3.: fol. 13.; C) a) 4.¹⁵: fol. 14.; imago ligno incisa Iohannis Burgkmair insignia Collegii poetarum illustrans: fol. 14.; C) a) 5.¹⁶: fol. 15.; C) a) 6.: fol. 15.; C) b) I. 1.: foll. 15—16.; C) b) I. 2.: foll. 16—17.; C) b) I. 3.: fol. 17.; C) b) I. 4.: fol. 17.; C) b) II. 1.: foll. 17—18.; C) b) II. 2.: fol. 19.; C) b) II. 3.: foll. 19—20.; C) b) II. 4.: fol. 20.; C) b) III. 1.: foll. 20—21.; C) b) III. 2.: fol. 21.; C) b) III. 3.: fol. 22.; C) b) III. 4.: foll. 22—23.; D) 1.: fol. 23.; D) 2.: fol. 23.

o — Cum ex exemplaribus editionis i. iam plura vendita erant, adiuncta est charta (fol. 24.) duo carmina Celtis continens, quae nos in appendice E) edidimus. App. E) 1.¹⁷: fol. 24. et E) 2.¹⁸: fol. 24.

SCRIPTURA.

Scriptura editionum satis inconsequens est, quam nos in scripturam, ut dicitur, classicam omnino retulimus. Scripsimus igitur *ae* pro *e*, *e* pro *oe*, *i* pro *y*, *oe* pro *e*, *y* pro *i*, *cch* pro *ch*, *l* pro *ll* etc., exempli gratia: laetus (letus), Caesar (Cesar et Caesar), coronae (corone), felix (foelix), Silvanus (Sylvanus), Silenus (Syllenus [sic]), proelium (prelium), Stygius (Stigius), Bacchus (Bachus), etc. — Variantes lectiones ad scripturam attinentes in Annotationibus Criticis non assumpsimus.

ANNOTATIONES CRITICAE.

Abbreviationes: *om.*: omittit, omittunt; *sc.*: scilicet; *tit.*: titulus, titulum

I. — LUDUS DIANAEE.

Tit.: Conradus—Dianae] Ludus Diane in modum comediae coram Maximiliano Rhomanorum rege Kalendis Martiis et ludis Saturnalibus in arce Linsiana Danubii actus clementissimo rege et regina ducibusque illustribus Mediolani totaque regia curia spectatoribus, per Petrum Bonomum regi. cancel., Ioseph Grunpekium reg. secre., Conradum Celtem reg. poe., Ulsenium Phrisium, Vincentium Longinum in hoc ludo laurea donatum foeliciter et iucundissime representatus (*infra titulum imago bicipitis aquilae [arma imperatoria]*) d, Incipit Ludus Dyanae coram Maximiliano rege per sodalitatem lit-

terariam Damubianam (*sic*) in Linzio a - *ante* 18. Actus I.] Incipit comediae in morem ludus. Actus primus d, Actus primus a - 19. honos d - 26. priores] Dianam d - 28. salaces] loquaces d - *ante* 63. cantat] cantant d - *post* 68. Armonia carminis elegiaci quattuor vocum; *sequuntur sigla musica*: Discantus - Altus - Tenor - Bassus. (*Intra sigla musica Discantus et Alti scripsit in exemplar Viennense coaeva manus*: Criste potens rerum, qui terram et cuncta guber gubernas gubernas [sic], Equoris et celi qui regis imperium. Et nusquam potuit te tellus nec mare fastum) d - *ante* 69. Actus 2] Actus secundus da - *post* 103. *Append. I. A) 1.* - *post* 109. Finis actus secundi da - *ante* 110. Actus

¹²⁾ Versus 1—4. apud Hartfelder, o. c. lib. I. c. 67.

¹³⁾ Conradus Celtis Protucius: Libri Odarum quattuor, ed. F. Pindter in hac Bibliotheca, 1937., lib. I. c. 27.

¹⁴⁾ Rupprich, Briefwechsel, o. c. ep. 306.

¹⁵⁾ Apud Hartfelder, o. c. lib. V. c. 77.

¹⁶⁾ Ibidem lib. V. c. 67.

¹⁷⁾ Ibidem lib. V. c. 83. et apud Rupprich, Briefwechsel, o. c. p. 576.

¹⁸⁾ Conradus Celtis Protucius: Quattuor libri Amorum, ed. F. Pindter in hac Bibliotheca, 1934., lib. I., el. 4. vv. 71—72.

3.] Actus tertius da - 138. Albin] Albinque a - 148. Triatericis d, *τριἀτή-
ροις* a - 165. dignum facias] clarum
celebres d - *post* 175. *sigla musica:*
Discanus - Tenor - Bassus; *deinde*
Finis Actus tercii d - *ante* 176 Actus
IV.] Actus quartus da - periphēria d,
περιφέρεια a - 184. clamoso—complet]
et clamoso complet ab d - 188. Illis
—faveas] Tales despicias d - 189. Atque
hos] Et neque d - *post* 189. Finis Ac-
tus quarti da - *ante* 180. Actus V.]
Actus quintus et ultimus da - 194.
variet] pariat d - 199. casta] ipsa d -
post 199. *Append. I. A) 2. et Append.
I. B) et:* Impressum Nuremberge ab
Hieronymo Hölcelio cive Nuremburgen-
si anno M. CCCCC. et primo novi se-
culi Idibus Maiis d

II. — RHAPSODIA.

Tit. libelli: In hoc libello continentur:
Divo Maximiliano Augusto Chunradi
Celtis *ραψωδία*, laudes et victoria
de Boemannis per septem electores et
regem, Phoebum, Mercurium et Ba-
chum et novem Musas personatas pu-
blico spectaculo Vienne acta anno M.
D. IIII. Divo Maximiliano Sodalitatis
Litterariae Collegii Poetarum Viennae
in delectu publico per classes decan-
tatae et recitatae laudes pro erectione
eiusdem Collegii io - *post hunc tit.*
*Append. II. A) 1., 2., 3., 4. et 5. io -
ante I. Rhapsodia] Incipit Rapsodia
(sic) io - post 139. Terpsicore io - 236.
Maximilianeio io - post 238. (post finem
Rhapsodiae): Append. II. B) 1.—D) 2.
i, Append. II. B) 1—E) 2. o*

APPENDIX.

Appendix I. ad Ludum Dianae.

A) 1. - da - *Tit.*: Praecedens] Nota
praecedens d

A) 2. - da - 7. auferent d - 10. lare]
doino d - *post* 12. Telos. Emenda fo-
lio ultimo pagina 2 versu 2 salubris
pro sasubris. Item 4 versu vomit pro
vovit d, *ἐξλόγ* a

B) - d

Appendix II. ad Rhapsodiam.

A) 1. - io - *Tit.*: Ad—suis] Chunra.
Celtis ad—suis io

A) 2. - io - *Tit.*: Ad] Eiusdem ad io

A) 3. - io

A) 4. - io - *post finem epistolae
imago ligno incisa pugnam contra
Boemos illustrans, cuius subscriptio
haec est:* Stratagemata regium c Boe.
(sc. contra Boemos) io

A) 5. - io

B) 1. - io

B) 2. - io

B) 3. - io - 5. *divinare corruptum,
nullo sensu; versus quoque claudicat* io

C) a) 1. - io - *Tit.*: Sodalitas] Se-
quitur Sodalitas io - 1—15. Classis
prima—Maierhovanus] Classis prima:
Eustachius, Tomas, Hieronimus, Pan-
cratius, Secunda: Georgius, Ioannes P.,
Ioannes Me., Clemens. Tertia: Adam,
Ioannes Vol., Nicolaus, Christophorus io

C) a) 2. - io

C) a) 3. - io

C) a) 4. - io - *post finem carminis
imago ligno incisa insignium Collegii*

*Poetarum: sceptrum, sigillum, birettum,
annulus et corona io*

C) a) 5. - io

C) a) 6. - io

C) b) 1. - io - Classis prima om. io

C) b) 1. 1. - io

C) b) 1. 2. - io - 7. Musae io - to-
gae io

C) b) 1. 3. - io

C) b) 1. 4. - io - *Tit.*: Pangratius io

C) b) II.—C) b) II. 1. - io - Classis
—Cetianus] Georgius Boorius Cecia-
nus (*sic*). Classis secunda io

C) b) II. 2 - io

C) b) II. 3. - io

C) b) II. 4. - io

C) b) III —C) b) III. - io - Classis—
Necaranus] Adam Scragus Necaranus,
Tertia classis io

C) b) III. 2. - io - Maximilianum io

C) b) III. 3. - io - *Tit.*: Musipholus
io - 10. Maximilianum io

C) b) III. 4. - io - *post finem car-
minis:* Finiunt panegyrici decantati
divo Max. August per Soda. Littera.
Dannubianam censoribus Chunra. Peu-
tingero, Ioann. Foeniseca, Sebast.
Sperantio. Impressi autem Auguste
Vinde. per magistrum Ioann. Otnar
sub privilegio reg., ne quis in decem
annis illa imprimat in urbibus imperii
et re. maiest. terris Anno M. D. V io

D) 1. - io - *Tit.*: Celtem] Celt. Carm.
io — Virgiliumque esse io

D) 2. - io

E) 1. - o

E) 2 - o

CONRADUS CELTIS PROTUCIUS LUDI SCAENICI.

I. — LUDUS DIANAÆ.

MERCURIUS praeludio missus a Diana ad spectatores
loquitur

Pennata gesto calcibus vestigia
Tectus galero et in hac aula prodeo,
Atlantide olim quem creatum praedicant,
Fidus deorum et qui dearum nuntius,
5 Hominum sagax et foederum caducifer
Mandata vobis iam fero Triviae deae,
Nemorum latebris et feris quae praesidet
Venationis et magistra regia
Faunis, Satyris, Nymphis comitata agrestibus,
10 Silvano, Iaccho et putido Sileno.
Haec Maximo regi est datura Aemilio:
Arcum, pharetram, cuspidas, rete et canes
Sibi offérens venationum insignia
Victamque se dicet per egregium virum
15 Venationis omnis expertissimum.
Vos auribus sed cuncta nunc prehendite!
Alis levatus ipse ad astra hinc evolo.

ACTUS I.

DIANA NYMPHIS, SATYRIS ET FAUNIS RELIQUAQUE
SUA FAMILIA (singuli suis insignibus ornati et induti)
regem alloquitur

Caesar, ave, auspicio superum qui dirigit orbem,
Quem decorat Romanus honor, cui vivida virtus
20 Per varios casus, per mille pericula rerum,
Hoc peperit regnum, gestis qui cedere nescis
Caesaribus priscis, et adhuc meliora supersunt.
Advenio supplex genubus prostrata sacratis,
Quam coluit crebris aris veneranda vetustas
25 Atque Epheus memori tot iam per saecula templo
Donavit; Triviam vates dixere priores;
Mansit honos nomenque meum, mihi numina ruris

- Silvanus Satyrique leves Faunique salaces
 Et Bacchus socio Sileno in caespite sacrum
 30 Struxerunt, me magna cohors comitata sororum
 Oreadum Dryadumque simul solemque nivesque
 Pertulcram inque humeris tot retia ferre sub aestu
 Non piguit costisque cutem deducere cervis.
 Nec minus et nostros ornarunt undique postes
 35 Arcubus et iaculis captivarumque ferarum
 Pellibus et votis mortales mille vccarunt.
 Donec in Austriaca quidam felicior aula.
 Ducet Aventina veteres qui ex arce parentes.
 Progenitus superans atavos virtute priores
 40 Venatu oppressit silvas cautesque petivit
 Ignotas antehac homini: non ulla ferarum.
 Non volucrum secura colit montisve cacumen
 Sive profunda lacus: penetrat montesque lacusque
 Et manibus pedibusque ferox certaue sagitta.
 45 Sive capit prendens lato venabula ferro.
 Seu iaculum torquet. Rideris, prisca vetustas.
 Herculea decorata manu. Calydonius heros
 Iam nihil est, quin ipsa virum venerata priorem
 Ipsa Diana colc. Fauni Satyrique sequuntur
 50 Silvanusque rudis. Nymphæ et generosus Iacchus
 Auritoque sedens madidus Silenus asello
 Hunc dominum nostrisque choris non amplius haerent.
 Et, si me vultus non decipit, ille videris.
 Ille es. Caesar! ades venator maximus ille.
 55 Quem capreae cervique timent ursique suesque
 Et lupus et nuper tibi missi aquilone visontes
 Quem fugiunt, qui saepe ferus nemus omne fatigas.
 Cedo libens arcumque meum pharetramque nitentem
 Et iaculum capias. Caesar, spoliisque Dianae
 60 Laetior exultes et, quae tibi munera Mavors
 Iam pridem largitus erat crudelis in hostes.
 Exerce his nostris, placidus lenisque fruaris.

Post huius carminis recitationem DIANA choro Nympharum stipata laudes regis et reginae CUM NYMPHIS ET FAUNIS quattuor vocibus cantat; ipsa in medio choro corniculata stabat Nymphis in chorea circa ipsam salientibus et haec carmina canentibus

Maxmilianeas. Nymphæ. nunc dicite laudes
 Et resonet nostro Blanca Maria choro.
 Ducite iocundas, Fauni Satyrique, choreas!
 Indulget festis regia tota iccis.
 Dedicat hanc genio Caesar cum coniuge noctem.
 O nox perpetuo carmine digna coli!

ACTUS II.

SILVANUS comitatus Baccho, Faunis et Satyris regem alloquitur

Rex,	cui Maximum praestant pia sidera nome	N,
70 Verus	ab aethereo missus mortalibus orb	E
Cultor	Olympiaci iustique aequique tonanti	S,
Iuris	amator, oves Christi tua sceptrā gubernen	T,
Mens	vigil. ut caelo populus turbatus apert	O
Vivida	ad aeterni tandem pius ora trahatu	R,
Serva	commissum tibi, ne lūpus intret, ovil	E.
Iustitiam	superos obeuntem hoc orbe relict	O
Nobis,	qui Austriaco fruimur pastore, remitta	S.
Victa	diu Ausoniae lugubri moenia vult	V
Impia	luxerunt et adhuc Insubrica ploran	T
90 Culmina	cristati vanissima proelia Gall	I.
Tolles	laude atavos, si tu, venerabile nume	N,
Occurras	Turcorum armis inimicaque castr	A
Telis	Christicolum superes Martemque tyrannu	M
Urbis	abegisti, dum tristia bella tumult	V.
25 Tunde	male infidi venientia perfida Turc	I
Agmina	et immanis nunc disiciē daemōnis illu	D
Maumet	robustum pectus, qui bella furor	E
Suscitat	insano Germana in corpora et arm	A
Urbanos	Christi cultus perdentia; gesti	T
30 Bellator,	Stygio qui fretus robore, Gese	F
Perdere	nos regesque pios mandare gehenna	E.
Ritus,	heu. miseros hominum, quos si ante tribuna	L
In	nigra perpetui mittendos Tartara fat	I
Nos	timor admoneat, numquam mortalibus ista	C
45 Constrictos	videas animos in crimina ferr	I.
Intendens	licet usque malum draco membra resōlva	T,
Perfidus	exhaurit matris qui viscera nostra	E.
Enses	effodiens sic undique bella parentu	R.
Vexati	te iam cessent dominante pericl	A
50 Imperii,	invictum tolletur ad aethera nome	N.
Turgentes	Venetos igitur tuque omine, lume	N,
Attere	felici, Gallorum ac pectore tot	O
Motus	Helveticae composce et turbida plebi	S.

Post huius carminis recitationem per Silvanum CHORUS BACCHI ET COMITUM SUORUM ad fistulam et citharam saltabant haec carmina quattuor vocibus saltando modulantes

Silvanus, Satyri, Fauni, Silenus, Iacchus,
 Lascivis pedibus chorea nostra strepet.
 Maximus Aemilius, coniunx et Blanca Maria
 Cantentur nostris hic et ubique choris.
 Vivite felices ambo, dum vita superstes,
 Et locet aethereo vos deus inde polo!

ACTUS III.

BACCHUS thyrsiger comitatus Sileno et Bacchidibus regem alloquitur

- 110 Rex, qui stemmata Aventina geris sacra,
Salve. Romulidum gloria Caesarum!
Osiris capias et Dionysii
Quondam magnificis gesta laboribus.
Bacchus nunc vocitor laetitiae dator
- 115 Impellens animos scribere carmina:
Cantates Satyros iam tua saecula.
Silvanos faciles, capripedes deos.
Silenum madido somniferum mero
Mecum temporibus perpetuis fero
- 120 Cingentes capitis tempora frondeis
Sertis, sunt quibus et pinea pocula.
Hi sunt, qui manibus thyrsigeris petunt
Mecum colliculos celsaque montium
Laeta vitiferum fronte cacumina.
- 125 Sic veni calida laetus ab India
Et Nysam peragrans, Niliacam et plagam
Graiiis et Latiis montibus inserens
Radices tenui sub scrobe vitium
Dignum perpetuis munus honoribus.
- 130 Hinc montes adii lactior arduos
Gentis belligerae monticolas videns
Germanos, docui et pampineum nemus
Per colles teneris ducere surculis.
Sic Rhenana mihi culta fuit plaga
- 135 Et montosa scabris rura sub Alpibus
Nostris muneribus vitea reddidi
Moenum cum Necaro .cum Cocero et vago,
Albin cumque Odera et Bacchifero Sala;
Rhaeti, Vindelici, Carnioli, Styri
- 140 Et longa virides valle Carinthii,
Hinc et Austriaci, qua Cetius ferax
Vinosum tumido Danubio caput
Infert vinifluis comminus uvulis.
Me vineta locis editioribus
Consecrasse sacris carminibus canunt.
Me sic clara Vienna Austriaci soli
A vino nitidum nomen habens bono
Cantat Bacchidicis iam *τρυγητοῖς*,
Ad quae conveniunt milia plurima
- 145 Faunorum, Dryadum et silvicolum deum,
In primis referunt qui meritas pio
Laudes Maxmiliano imperii duci,

Urbem tam celebrem qui sinit orgiis
 Et natale solum muneribus meis
 155 Impleri et fieri Bacchica gaudia.

Post recitationem illius carminis contigere omnes intentione ora tenebant et mox RECITATOR choriambi huius ad pedes regis provolutus lauream his carminibus a rege petiit

Si qua mihi est virtus doctrinaque, maxime Caesar,
 Imponas capiti laurea sarta meo.
 Per superos ego iuro tibi et per sceptrata tonantis:
 Cantabo laudes hic et ubique tuas!

Poeta igitur caeremoniis solitis per manus regias creato TOTUS CHORUS gratiarum actiones regi cantavit tribus vocibus

160 Regis aeternas resonemus omnes
 Incliti laudes, nitidae coronae
 Serta quod docto dederat poetae
 Sylesitano.

Tuque susceptum videas honorem.
 165 Ut sacris dignum facias Camenis
 Neve te torpor, furor aut libido et
 Quacustus obumbret.

Liber in vastis memorare silvis,
 Ut canas laudes probitate partas
 170 Asper et contra vitiis faventes
 Cornua tollas.

Sic tibi totum celebris per orbem
 Fama nascetur rapidum per Histrum,
 Vistulam et duras Codani per undas
 175 Et vada Rheni.

ACTUS IV.

SILENUS asello insidens et cantharum ansa attrita et contusa περιπέφεια extendens vacillante et titubante lingua et cruribus tremulus regem alloquitur

Clarus Aventino quondam qui sanguine cretus,
 Iam faveas nostris, Maxmiliane, iocis.
 Silenus sedeo pando temulentus asello
 Et negat officium pesque manusque suum.
 180 Est animal, toto quo nullum pigrius orbe
 Vivit, quod tergo corpora nostra gerit,
 Pendula demissis cui torpent auribus ora
 Et lento graditur bestia pigra pede.

Aera rugitu clamoso et commovet ore,
 Cerberus obscuris ut solet ater aquis,
 Officiumque suum duro nisi verbere discit,
 Dum crebro baculo terga relisa sonant.
 Illis nunc faveas, rex Maxmiliane, rogamus
 Atque hos Caesareis, rex bone, pasce cibus.

Hinc rursus silentium et pocula aurea et paterae per re-
 gios pincernas circumlatae et inter pocula pulsata tym-
 pana et cornua.

ACTUS V.

PERSONAE LUDI OMNES in unum chorum congregatae
 gratiarum actiones agunt DIANA loquente ET universo
 CHORO quattuor vocum concentu singula carmina
 repetente et veniam abeundi petente his carminibus

- 180 Vivite felices ambo, Caesarque torique
 Consors; Nestoreos fata dedere dies.
 Caesar, ad occasum felix sis solis ab ortu et
 Viribus invictis regna solumque tene.
 Multiplicem variet sobolem tibi Blanca Maria
 195 Et ducibus terras impleat Austriacas.
 Tardior extremæ cum venerit hora senectæ,
 Collocet omnipotens laetus utrumque polo.
 Maxmiliane, vale: valeas iam, Blanca Maria;
 Iam repeto silvas casta Diana meas.
-

II. — RHAPSODIA.

PARESIPHANUS, dum personati electores consediscent
Cen septem adverso discurrunt sidera motu.
Inter quae medius, splendide Phoebe, micas,
Sic Caesar residet septeno numine cinctus.
Sancta ubi maiestas et Iovis ales adest.

HEROLDUS proclinator

5 Maximilianeos, iuvenes, celebremus honores
Carminibusque suas tollamus ad aethera laudes.
Qui nostra aeterna componens tempora pace
Stravit ab Arctoo venientes axe Boemos.
Hic, ubi spumiferum Regus se volvit in Histrum
10 Atque Ratisponam victricibus irrigat undis.

PARESIPHANUS evocator

Phoebe, veni Latio dicturus carmina regi
Et vos, Pegasides aeterno in amore sorores,
Carminibus vestris tantos celebrate triumphos;
Victor enim magno vestro inflammatus amore
15 Iussrat Austriacis vos his residere sub oris.

PHOEBUS evocatus

Dicite, Pierides, summi victoris honores
Et propere huc vestros ad me convertite gressus,
Carminibus vestris patulas praebebimus aures,
Ipse meam citharam plectris sociabo canoris.

MERCURIUS Phoebi assecla

20 Meque decet tantos non deservisse triumphos.
Sub Phoebi radiis qui semper oberro coruscis
Et videor tantum, dum Luna sub axe sereno
Obducit taetro Phoebi vaga lumina vultu.
Consilium et ipse dedi referens mandata tonantis,
25 Quo gens clipiferis male sana periret in armis.

BACCHUS comitatus Satyris et Faunis

Nec me deesse decet, circum qui salto Camenas
Inspirans pateris carmina docta meis.

CLIO evocata prima

Militiae sublime decus, spes certa labantis
Et columen patriae belloque insignis et armis,
30 Cui pater omnipotens validas in corpore vires

- Praebuit et Latii regni concessit habenas,
 Ut foret, exuvias ageret qui fortis opimas
 Boemorum de gente fera, quam tu inclytus armis
 Militibus gravidam, fortem belloque ferocem
 35 Sternis et ingentes das primus in agmine strages,
 Dum nostras temere tentant invadere terras.
 Quale solent, rapidi cum forte in proelia tauri
 Concurrunt flexis vibrantes cornibus auras,
 Naribus erectis caelum et mugitibus implent,
 40 Tum, si frugiferis Poenorum missus ab antris
 Magnanimus paret arma leo tollensque coruscas
 Erecta cervice iubas fremit ore minaci,
 Rictibus et patulis intentat vulnera saeva.
 Qui modo conversis pugnabant cornibus hostes,
 45 Deponunt ultro rabiem et parere fatentur.

THALIA secunda

- Haud secus adversos fueras ubi raptus in hostes
 Agmen agens, dant terga viri fractusque resedit
 Impetus atque fuga quaerit sibi quisque salutem,
 Maiorem partem dum cernit in agmine fusam,
 50 Partem aliam iniectis abduci in vincla catenis.
 Quale solet pastor Phoebos migrante sub undas
 Armenta ad crates positae obcludere saeptis.
 Tale Ratisponam ducta est fera turba sub urbem
 Venales animae luiturae corpore poenas.

MELPOMENE tertia

- 55 O mundi lux alma, quibus tua laudibus aequem
 Facta canenda mihi? Tua dum primordia quaero,
 Distrahor atque humeri tanto sub pondere nutant.
 Quisve tui generis divinae et originis autor
 Exstitit, Habsburgus clara an de stirpe Rudolphus,
 60 Leopoldus Suevus vel qui super astra relatus.
 Sive aliquem superum humana latuisse figura
 Credendum et nostras vos progenuisse sub auras.
 Quandoquidem vobis maius nil cernimus orbe.

EUTERPE quarta

- Ingeniine prius vires bellive labores.
 65 Commemoremne prius tot dextro Marte triumphos?
 Quanta trophaea geras de infidis hostibus. Orco
 Quos tua dextra dedit. sive urges fervidus hostem
 Seu valido torques ingens hostile lacerto
 Eminus aut iaculans tua spicula comminus arcu,
 70 Montibus aut positas niveis vel in Alpibus arces

Saxa rotans ferrive globos per moenia iactans
 Aequas cuncta solo sternaci pulvere et igne
 Concutiens, totum ceu fulmine Iupiter orbem,
 Dum crepat excussis correptus ab ignibus aether,
 Conduntur taetro et rutilantia sidera fumo,
 Vel quale hiberno volitat succensa vapore
 Aereo fax orta suo lapsuque repente
 Absumpta humanos eludit lumine sensus
 Aut quale aurivagas tollit se falco per alas
 Percitus astra petens, si quando lumine acuto
 Conspexit liquidas volucrem se ferre per undas,
 Ima petit volucremque rapit velocior omni.
 Quam mittit Scythico venator in orbe, sagitta.
 Turrifraga intorques sic saxa volantia et ignes.
 Undantes norunt inimico sanguine campi
 Gallorumque lacus et strata cadavera volvens
 Hister, Arar, Rhodanus hostili caede madentes
 Et Rhenus, triplici qui volvitur ore sub aequor,
 Quique cava subeunte salo tellure madescunt
 90 Cum Phrisiis minima et contentis nocte Britannis
 Et, qui spirat adhuc ignavi pectoris aestu.
 Oenus, ab Austriacis Bavaros qui separat oris.
 Oene, o Oene, tuo videas, quem Marte lacesis!
 Nemo impune viro huic sese unquam opponit in armis.
 Sive pedes dubii pugnas Mavortis iniret
 Seu luctantis equi qui rexerit ora lupatis
 Seu curru posuit numeroso castra sub arvis
 Sive mari instructas compleret milite classes:
 Obsidione premit fidentem moenibus hostem.
 100 Limina Tartarei potis est qui frangere regis.

POLYHYMNIA quinta

Cum tibi primaevae vernaret flore iuventus
 Molle decus tenera gestans lanugine vultus,
 Lilia purpureis confundens alba rosetis.
 Non fractus, non segnis eras, non mollia luxu
 105 Tempora ducebas, ignava nec otia noras.
 Sed galea pressare comas et tendere nervo
 Spicula, veloces agitare et pulvere currus.
 Suetus et insani tentare pericula Martis.
 Flectere equum celerem, gladium et vibrare micantem
 110 Vel, dum liber eras, membra exercere palaestra. aut
 Caespite ludus erat, cursuque lacesere ventos.
 Sive tibi aerea dum visa est dorcas in Alpe
 Saetigerive sues, has telo aut cuspidē sternis
 Praecipites scopulos et celsa cacumina scandens,

- 115 Lubrica praemisso firmans vestigia conto
 Falconemve iubes liquidas se tollere in auras
 Unguibus et trucibus dispergere in aethera plumas;
 Ille volat subito lapsu et diverberat auras
 Ungue secans praedam rostro et divellicat unco
 Moxque reclamatus manibus se reddit amicis.
 Nulla dies immunis erat: nunc oppida bello
 Tentabas Gallos, Flandros Geldrosque rebelles
 Ora premens saxis, contis sudibusque praeustis,
 Ascendens primus fixis per moenia scalis.

ERATO sexta

Tale rudimentum tenero rex inclytus aevo
 Sortitus, cunctos patiens tolerare labores,
 Ut nemo ausit eques tecum se opponere campo
 Aut conferre manus, toto sic pectore surgis
 In clipeum, forti sic vibras spicula dextra.
 Nec cuiquam alipedum prodest vel cursus equorum,
 Missa vel infectis, quae stridet, arundo venenis:
 His etiam immittis diram per vulnera mortem
 Hostibus et domites sub tristia Tartara mittis.
 Mars tibi bellipotens mentem viresque potentes
 Suggestit et claro superum dignatur amore.
 O merito dilecte deis! o publica mundi
 Gloria, cui nomen famamque extendere factis
 Posse datum: paucis mortalibus illud in astra
 Pandit iter, caelo residet qui Iupiter alto.

TERPSICHORE septima

- 140 Eximium te nulla dies, te nulla tacebunt
 Saecula nec memori quisquam te subtrahet aevo
 Nec vero Aeacides, quamvis everterit igne
 Moenia Troiano quondam possessa colono.
 Efferus et patrios circum licet Hectora muros
 145 Traxerit exanimem, tanto florescit honore
 Nec qui pampinea vestitus fronte corona
 Bacchus thyrsigeras agitans in proelia turmas.
 Ille licet fuscis sub leges miserit Indos.
 Tu Latios Graiosque viros, quos stemmate claro
 150 Vexit ad imperium generosa ac inclyta virtus.
 Consortes claris iam victor habebis in actis,
 Illorum magnos dum, rex, imitaris honores.

CALLIOPE octava

Aequabis cunctos Germano sanguine cretos
 Induperatores nec Carolus ille vetusta

Francisca de gente satus cognomine Magnus
 Te virtute sua vincet nec Saxona proles.
 Oddones, totum qui impleverunt laudibus orbem.
 Nec qui de rosea gestabat nomina barba.
 Thermodoonteis vitam qui perdidit undis;
 160 Ah, superi, talem potuistis cernere cladem?
 Tigris et Euphrates nostra sub lege fuissent!
 Sed deus aethereum rapit optima quaeque sub orbem,
 Invidet aut claris nostris fataliter actis.
 Par eris atque aliis, qui celsa ad sidera famam
 165 Extulerant summo residentes axe beati,
 Qua nitet astrigeri candens via lactea caeli.
 Chunradi, Henrici, Ludovici aliique corusci.
 Quos octingentis iam Roma receperat annis.

URANIA nona

Sed maiora tuis fieri his speramus ab astris,
 170 Postquam Romanam gestabis fronte coronam,
 Finibus Europae dum pelles fortibus armis
 Turcum et Romana Boemannum lege solutum,
 Qui duo conturbant felicia saecula nostra.
 Hic fidens iaculis, hic silva et montibus altis,
 175 Tanquam nativo quis clauditur undique muro,
 Utque tuus Rhenus de fontibus usque sub aequor
 Servit et Austriacae veneratur nomina gentis,
 Danubius sic ille tuus socialibus undis
 Usque sub Euxinum celebret tua nomina Pontum.
 180 Tunc Pax per totum duce te celebrabitur orbem,
 Sancta Fides, superum Pietas, Concordia, Virtus,
 Integritas sancta redient cum Religione.
 Cumque tibi veniet longaeva et tarda senectus
 Exactis fatis, mox te referemus ad aulam,
 185 Qua residet, totum nutu qui temperat orbem.
 Hic veluti vivus, sic nos post fata tueris
 Cum patre atque aliis divina stirpe creatis.

PERSONA INTERPOSITA LAUREANDA

O veniat lux illa tuis decreta triumphis.
 Constantine, tuam quâ cernere possumus urbem
 190 Et Baccho Thebas et amatas Palladi Athenas
 Et Macedum Pelopisque domos atque Arcadis arva,
 Euboias rupes et qua se volvit in undas
 Alpheus, Siculis qui rursus erumpit in oris.
 O, mihi si dulces Musarum cernere fontes
 195 Detur hic et doctis mea mergere labra sub undis
 Et lucis errare piis fluviiisque sonoris,

Orpheus cum dulci potuit quos sistere cantu,
 Carmina tunc totum canerem ventura sub orbem
 Vel, si non dabitur, rex invictissime regum.
 200 Hic mea florenti iam cingas tempora lauro:
 Ipse tuas laudes famamque sub aethera tollam.
 Dum mihi vitales vegetabit spiritus artus.

CHORUS MUSARUM canunt et ad numerum saltant
 Phoebæ cum cithara in medio stante

Qua sol purpureo terras illuminat ortu
 Quaque notos austrosque videt pluvialibus undis
 205 Et qua florifero zephyro se condit in aequor
 Occiduum, Herculeis metis ubi proximus Atlas
 Suppositos nobis alio suspectat in orbe,
 Et qua per rigidas spargit sua frigora terras
 Ursa minor maiorque, sua quas cuspidè terret
 210 Arctophylax, semper referas spolia alta trophaeis,
 Maxmiliane, decus nostris et gloria terris.
 Semper cincta gerens viridanti tempora lauro.

BACCHUS CUM SATYRIS ad numerum saltat ET
 canit raptis MUSIS

Saeculis nostris modo gratulandum.
 Quod tot electos habeat poetas
 Austriae tellus, ubi Bacche, fundis
 Plurima dona.

Maximus regum dat Emilianus
 Munus hoc nobis veteres reducens
 In suas terras generosus artes
 220 Aere perenni.

Unde nos cuncti iuvenes precamur,
 Iupiter multos sibi det triumphos
 Nestorem longa superans senecta
 Corpore sano.

Ut queat nostris remove terris
 Pèrfidum Turcum gladio minaci
 Sarmatas ultra Suedosque pellens
 Cum Boemannis.

MERCURIUS actum concludit

Hoc tibi casta cohors, rex invictissime, carmen
 230 Offert devotis candida pectoribus
 Commendatque tibi iam flexo poplite Musas,
 Quae te perpetua laude sub astra ferent.

REX respondet

Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit
Vestrum defendens hic et ubique chorum.

Conversus ad spectatores MERCURIUS

235 Et vos, qui dulces audistis carmine Musas
Maxmilianeï dicere facta ducis,
Ite bonis avibus, vestras nunc ite sub aedes,
Devota et Musis mente favete sacris!

APPENDIX

Appendix I. ad Ludum Dianae.

A)

A) 1. — Praecedens carmen sex versus in capite
et unum in litteris finalibus continet.

Non auro redimita comas mea carmina sunt
Nec sunt a tanto principe digna legi,
Arte tamen contexta, diu qua nulla fuere
Forsitan in nostris condita temporibus:
Litterae in extremo carmen tibi fine reponunt
Et sex principio carmina, lector, habes.

A) 2. — Post ludum actum divus Maximilianus altera
die convivio regio omnes personas refecit, quae erant
numero viginti quattuor; actores regis muneribus
donavit. Sodalitas illa carmina subiecit:

Perlege Germanas, rex invictissime, Musas,
Auspicio crescunt quae modo in orbe tuo.
Has olidi quamvis taetricque odere cuculli
Et quos barbaries mitraque lata gravat,
Qui nos mordaci, rabioso et dente lacesunt
Infamantque suis carmina nostra dolis;
Quod, si de sacris auferrent carmina libris,
Horae septenae nullius ore forent.
Hos merito spernis nobis tua munera larga
Distribuens, refovens aere, favore, lare,
Unde tibi merito pulsant sua plectra Camenae
Et te perpetuo carmine ad astra ferent.

B)

*Ioannis Stabii Austriaci philosophi ac mathematici
carmen Saphicum ad Maximilianum Romanorum regem threnice.*

Quo ruit mundi periturus ordo?
Non fidem servant elementa priscam,
In chaos vertunt sociale fedus
Semina rerum.

Vergit in peius genus omne natum
Sub globo lune superestque nullum,
Nostra quod tandem numerare posses
Secla metallum:

Diligens olim nimiumque sollers
Versa natura est neque iam maritat
Nobiles formas (velut ante) fluxe
Materiai.

Aureum primum fuerat sub orbe
Seculum, sanctos habuitque patres
Venit argenti meliore pulsa
Vilior etas;

*Eris et stanni simul atque plumbi
Fluxit hinc evum, violentis inde
Cessit et ferri numeralque nostrum
Fex modo tempus.*

*Seculo primo pater ab Olympo
Filiis misit: Pietas Fidesque
Libera terras placidaque fronte
Incoluerunt;*

25 *Veritas, Pax Iusticieque numen
Et Pudor primis hominum choreis
Sepe permixte; meliora o quantum hec
Secula nostris!*

30 *Inde mortales Pietate tempta,
Mente polluta, manibus cruentis,
Ore mendaci pepulere sancta
Numina terris,*

*In locum quorum subiere Pestes,
Quas malus Pluto genuit sub imo
Tartaro: Fraus, Insidie, Dolus, Vis
Et scelus omne;*

*Hinc Fames auri furit, hinc Libido,
Hinc Amor ferri Invidieque pallor
Litis et Discordia torva nutrix,
Bella Metusque.*

*Estuat tandem viciis ubique
Mundus, ut flammis, neque phas
[nephasque
Differunt; nullus locus est tibi nunc,
Inclita Virtus.*

*Ergo, qui celsam moderatur arcem
Etheris summi, pater et deorum
Maximus rector scelere implicata
Secula ridet.*

*Vividum terris negat et favorem,
Quo polus gaudet, mare quo quiescit,
Prata quo florent, recreatur et quo,
Quicquid ubique est.*

*Languido stelle radiant nitore
Atque rubigo segetes perurit,
Fructibus spirat minus et minus iam
Aura salubris.*

*Laxat infandas rabidus furore
Inferus fauces, vomit impiatam
Febrium turbam, genus omne pestis
Inficit orbem.*

*Nec malis tantum voluit nocere
Seculo suetis; novus ecce morbus
Nascitur mundo, Furiarum et Orci
Ultima proles.*

65 *Vexat in primis valido dolore
Gallicas turmas Italum sub oris,
Dum parant regi celeres ruinas
Parthenopeo.*

70 *Hinc malo nomen titulusque venit,
Francicus morbus solet hinc vocari,
Qui modo dira lue pervagatur
Omnia fedans.*

*Sevius nullum genitum sub antris
Inferum monstrum, superas quod oras
75 Quodque tam certo laceravit ictu,
Quos rapit, artus.*

*Rebus o fessis, venerande Caesar,
Ipse nunc tandem, rogitamus, assis,
Tu vides, quantis viciis laborant
Secula nostra.*

*Nam tibi partes scelus expiandi
Iupiter summus tribuit; prophana
Herculis ritu modo monstra pellas,
Maximiane!*

85 *Corrigas mundum viciis furentem,
Inferum fraudes abigas sub Orcum,
Ut suo claro redeat nitore
Te duce Virtus;*

*Si redit (certum est), redeunt deorum
90 Dona, Saturni redeunt et anni,
Sospitas, vivax Vigor et beatis
Prospera cuncta.*

Appendix II. ad Rhapsodiam.

A)

A) 1. — Ad divum Max'milianum de rhematariis suis.

Cum tot arithmarii scribant tibi rhemate laudes,
 Caesar, et impressis dent tua gesta notis,
 Nemo tamen, spero, placeat magis, inclyte Caesar,
 Quam nos, qui Latiis scribimus acta notis.
 Nostra leget Gallus, Boemannus, Sarmata, Panno,
 Romulus, Hispanus, Vasco, Britannus, Eryx.
 Illorum nostris tantum admirantur in oris
 Rhemata; non alias sunt aditura plagas.

A) 2. — Ad Maximilianum de reditu suo ab Oceano.

Qualis ab Hispanis Alcides venerat oris
 Aurea cum tauris plurima poma ferens
 Aut qualis Bacchus crispatis victor ab Indis
 Attulerat Thebis grata trophaea suis,
 Talis ab occiduo rediit modo littore Caesar
 Victor ovans Rhenum Danubiumque regens;
 Illic Sugambros domitans, illic Boemannos
 Europamque suo subiuguet imperio.

A) 3.

Tarda solet magnis rebus inesse fides.

A) 4. — *Augustinus Moravus regis Boemiae vicecancellarius
 Chunrado Ce'ti suo complatonico.*

Non tecum convenio, mi Celti; nam quos Boiemos Cornelius, Bemos autem Ptolemaeus vocat, hos tu, nescio, cuius autoritate, Boemannos appellas. Quum si hominum istorum temporum, qui Boemiam incolunt, ritum et religionem recte perpendere velimus, Boemandi potius (quod eorum lingua deum mandentes sonat), quam Boemanni iure essent appellandi. Haec enim summa totius religionis ipsorum est, ut et infantes et adulti, senes ac decrepiti promiscui sexus ad sacratissimi corporis et sanguinis Christi edulium quotidie ac passim ferantur, nulla peccatorum venia per confessionem Christiano more petita, sed, veluti asini et sues ad pastum, ita hi ad tanti mysterii cibum solo sensus impetu ducuntur. Iure ergo eos hac ratione Boemandos potius quam Boemannos vocaverim, nisi tu certius aliquid, cur eos sic voces, afferas et validioribus argumentis me male sensisse convinças. Vale ex Buda M D IIII.

A) 5. -- Celtis Augustino suo.

Mirifice me oblectasti epistola tua, Augustine charissime. Ipse
 cur collimitios tuos Boemannos vocitem, accipe. Duas omnino po-
 tentissimas gentes (ut apud probatos autores est) commigrasse in
 Germaniam legimus: Celtas et Boios a pecudum et boum cura voci-
 tatos. Qui dum ad ripas Histri consedissent pascuososque saltus,
 et irriguas valles in corde ferme Germaniae rare habitare intel-
 lexissent, a Manno, eius regionis tunc duce, invitati et

Protinus indigenis paulatim sanguine mixto
 Barbara plebs praeter consuetum gentibus usum
 Transiit in sociam suscepto nomine gentem.

Par ratio de Celtiberis, Gotholanis, Tectosagis, Suevis. Vale
 ex phrontisterio nostro et contubernio litterario Viennae.

B)

B) 1. — Epigramma de Hus, quod anser interpretatur.

Anser ad Almanos volitabat raucus olores,
 Quem rapit Italicus per sua colla lupus,
 Exutus plumis et vivo tostus in igne:
 Sic dantur fatis nomina saepe suis.
 A duce Boiorum nuper sed, Boeme, vocatus,
 Caesus et Histrinus sanguine tingis aquas.
 Contineas ergo patriis te, Boeme, sub oris,
 Numina quandoquidem iam tibi nulla favent,
 Aut redeas nostram supplex sub religionem.
 Et tibi placatos senseris esse deos.

B) 2. — Ad generosum dominum Bohuslaum de Hassenstein
 de situ Pragae et sectis et haeresibus in Bohemia.

Bosle, Boemorum decus et ruentis	Cerneret tantas veteris ruinas
Unicum lumen patriae resurgens,	Gloriae regum, furor ut tyrannum
Fama quem clarum beat et per omnem	Impulit Siskam metuenda frangens
Provehit orbem.	Templa deorum.
Uberi gleba tua Praga cineta est,	Tempore ex illo rabies reposita
Quem rapax scindit fluvius per Albin	Insidet crudis animis nepotum
Exuens nomen sociis petentes	Urbsque per multos agitata motus
Fluctibus aequor.	Corruit alta.
Visa non urbs est meliore caelo,	Publicis curis male praesidetur,
Explicat septem spatiosa colles	Imperat passim vario furore
Ambitu murorum imitata magnae	Vulgus, haud virtus rudium nec ulla
Moenia Romae.	Splendet honestas.

25 Legibus nullis superi coluntur.
Ille Romanos sequitur, sed alter
Approbat Graios, colit hic prophani
Sabbata verpl.

Ille gentiles hereses sequutus
30 Et novos ritus ceremoniarum
Approbat, leges vetitas Britanno
Biclephe scriptas.

Bosle, tu tantos fugiens tumultus
Temporum causas sapiens sequutus
35 Impetum vulgi fugis et furentem
Deseris urbem.

Quam regit passim petulans voluptas.
Otium et miscens animos cupido
Aeris et multas faciens ruinas
Perfidus error.

Ductiles rivos sequeris beatus
Garrulis ripis tua tecta condens,
Qua leves undae veniunt loquaci
Murmure ad aures.

45 Consonant voces volucrum propinquis
Insulis densam gelidis per umbram.
Quas facit ripa triplici refusa
Fluminis unda.

Caespites felix virides pererras
50 Bacchicos colles et aprica lustrans,
Quod tibi dulcem generat soporem
Unda susurrans.

Roscidas herbas premis atque olentes
Graminum flores, ubi purus aer
55 Corporis vires creat et tepentes
Suscitat artus.

Possides pulchrum, generose, collem,
Quem recens Phoebus videt et recedens
Et tuam caelo medio levatus
Aspicit arcem.

Fervidi Phoebi caput expavescens
Frigidas felix casulas subintrat,
Quas dolus nullus subit aut scelesti
Pectoris astus.

65 Piscibus fraudes vario labore
Ponis et caelo liquido natantem
Alitem fallis, tua cum reluctans
Retia sentit,

Nec tuos vitat leporina casses
70 Praeda nec dorcas volucerque cervus;
Implicat, quicquid colit alta densae
Devia silvae.

His ubi fessus studiis soluta
Mente de rerum, generose, causis
Disseris terras, maria insulasque
Pectore cernens,

Doctus astrorum numeros reservas,
Quae meant cursu, memoras, licenti,
Quaeque sublimem rutilent per orbem,
Sidera noscis,

Quae volant nullis remoranda frenis
Atque nostrorum statuunt laborum
Ordinem certum stabili rotando
Singula fuso.

80 Doctus herbarum mihi saepe vires
Nobilis gemmas memoras, metalla et,
Doctus es succis relevare taetro
Corpora morbo.

Quotque stent caelum facies per altum,
90 Tot refers terrae species in orbe
Totque virtutes superum refusas
Dicis in herbas.

Alter ad vulgi instabilis favorem
Spiret et fasces ferat inquietus,
95 Ut ruat tandem graviore mole
Praecipitandus;

Alter ad regum vigilet superbas
Splendidus mensas, colat hic per omnes
Aleam noctes furiatque multo
Potus Iaccho;

Ille nummorum studio ligatus
Instruat fraudes; alius voracem
Expleat ventrem; ferat impudentes
Alter amores.

Mente tranquilla tibi vita serpat
Pectoris curas fugiens inanes
Et colat Musas citharamque Phoebi
Pectus honestum.

B) 3. — Quare poetas trinomines.

Quisquis adoptivo ingenuus cognomine gaudet,
 Huic tria dat vati philosophia triplex
 Ex more imponens cognata vocabula rebus,
 Trinus enim numerus cuncta sub orbe regit;
 Et divinare est nomen imponere, quod sit
 Fortunae aut morum vel necis indicium.

C)

C) a) 1. — Sodalitas Litteraria Viennensis Collegii et instructae classes.

Classis prima

Eustachius Neophorus Eslingus
 Thomas Aretius Cremisanus
 Hieronymus Pius Baldungus
 Pancratius Vulturinus Silesitanus.

Classis secunda

Georgius Boorius Cetianus
 Ioannes Pavetianus Boemannus
 Ioannes Menanus Ostrofrancus
 Clemens Bonicampius Carneolanus.

Classis tertia

Adam Seragus Necaranus
 Ioannes Volsens de Zuola Boemus
 Nicolaus Musiphilus Phorceensis
 Christophorus Apitius Maierhovanus.

C) a) 2.

Crescite virtutes Germanaque gloria surgat!

C) a) 3. — Divo Maximiliano Augusto
 Chunradus Celtis se et Collegium Musarum commendat.

Abeunti mihi superiori anno a maiestate tua, Caesar Auguste, 1
 (inter alia, quae mihi de tua divina historia et illustrata Germania
 conscribenda mandata dedisti) iniunxisti, pro virili eniterer, ut
 ad archigymnasium tuum Viennense eloquentiam Romanam vete-
 remque et solidam philosophiam inferrem. Eiusque rei gratia 2
 Collegium poetarum, quo docti viri et ingenui adolescentes coale-
 scerent, te instituisse aiebas subiungens pro nostrorum temporum
 felicitate sapientiam cum eloquentia coniungere posse pulcherri-
 mum institutum esse. O dignam Romano Caesare vocem et aeternis 3
 carminibus celebrandam, quod inter tantam curarum tuarum mo-
 lem, hoc est de salute et conservatione imperii et religionis nostrae,
 de litteris (quibus imperia fulciuntur) inter tantos etiam Germa-
 niae motus curam haberes. Executus sum non segniter et cum 4
 omni studio et vigilantia, qua potui, illa tua divina sensa et man-

data bibliothecamque regiam, quantumcumque adhuc tenuem, Graecis tamen et Latinis exoticisque autoribus ornatam instruxi, matheos etiam libris ex ordine positos nuper a maiestate tua coemptis cum globis non parvis et chartis utramque caeli et terrae superficiem designantibus. Interea clarissimorum adolescentum et aetate, provectorum ingenia, quibuscumque potui, illectamentis ad eloquentiam et philosophiam invitavi. Ad utrumque etiam scribendi genus, et orationis et carminis, praecepta et themata in delectu publico proposui instructis veterum oratorum more classibus declamatoriis. Graecae etiam grammatices rudimenta, quae pernecessaria homini Latino sunt, quoad potui, aperui. Nec spe mea fraudatus; ex illo enim ingenuorum auditorum grege voti compos non paucos ingenuos litterarum amore inflammatos repperi, quos scribendo illustres (si, ut coeperunt, perrexerint) futuros spero. Qui tibi iam et aeternis tuis laudibus et victoriis certatim et nuncupatim primitias et experimenta ingeniorum suorum in hoc libello impresso offerunt et devoto in te studio amoris et observantiae dedicant et gratias genu nixi, ut coram deo fit, de erecto Collegio cum his versiculis:

Ergo colat variae te, princeps, hostia linguae,

Nam nova templa tibi pectora nostra facis,

agunt et referunt. Inter quos etiam aliquos veteranos, commilitones meos et primipilares (qui tuis aeternis laudibus deesse noluerunt) invenies, quorum obsequiosa carmina, tanquam castrensia quaedam munera, ex Collegio tuo tanquam signa militaria manipulariter prodeuntia, rex invictissime, placida et serena fronte suscipe. Qui ubi aetate et tempore (nam dies diem docet et liber librum aperit) maiorem eruditionem nacti fuerint, longe maiora in laudes maiestatis tuae ad posteritatem conscribent. Vale, Caesar, Auguste, urbis et orbis amor, multosque nobis ex te et tuis nepotibus reges et Augustos daturus. Ex phrontisterio nostro et contubernio litterario Viennae Kalendis Martiis anno secundo erectionis Collegii, salutis vero nostrae MDIII.

C) a) 4. — Insignia poetarum.

Hanc laurum dedimus Chunrado insignia vatum,

Caesar, ut heroum fortia facta canat,

Quaque pios vates merita cum laude coronet,

Quandoquidem nostras iam gerit ille vices.

C) a) 5. — Ad lectorem Chunradus Celtis.

Aspice surgentem sub sidera celsa Viennam,

Quae tot musiphilos iam fovet alma viros.

Cedat Alexander, cedant puerilia parva,

Nam tenet Austriacas docta Minerva scholas.

C) a) 6. — In eum, qui scripsit
nullum se Germanum pure Latine scribentem legisse, nisi eto.

Laurea Germanas iam commigravit ad oras.

Laurea, Romano quae docet ore loqui.

Hoc modo testantur Phoebeo in amore sodales

Conscripti, quorum nomina clara vides.

Hi tua cibrabunt Latiali carmine scripta

Censoremque rudem teque tuosque canent.

C) b) I. — *Classis prima.*

C) b) I. 1. — *Eustachius Neophorus Eslingus.*

Maxime Romulidum rex invictissime regum,

Ad cuius nutum totus componitur orbis

Quemque omnes flexo venerantur poplite reges,

Musa iubet me ferre tuas ad sidera laudes.

5 *Iussa sequi da posse mihi! sic pectore forti*

Per vastum exili current mare carbasa cymba

Inque tuas laudes consurgent rite Camenae,

Quas velut extorres revocasti in Teutonis oras

Austriacumque habitare solum tectisque paternis

10 *Excipis atque auro Musus solaris et aede*

Phoebea domans placidaque in sede quietem.

Nec satis est Musis tantum impendisse favorem,

Quin etiam lauro concedis tempora cingi

Docta, quibus cordi est Pallasque et pulcher Apollo.

15 *Inclytum opus nullisque prius per saecula nostris*

Caesaribus factum, quod tanto in amore poetas

Diligerent propriumque suum, quod ferre solet, rex

Munus in alterius largus concederet usus.

Sed facit hoc virtus et amor tuus omnibus oequus

20 *Ingeniisque favens, quo pacto Alemania doclis*

Proveniet crescetque viris, qui pectore docto

Incipiant Italas Graiasque revolvere Musas

Desertis studiis puerilibus esse viros se

Cernentes, solidis rodentes dentibus ossa

25 *Et rerum causas speculentur mente sagaci*

Historiasque novas et gesta illustria regum

Conscribent et in acta ferent, quaecumque geruntur

Principibus nostris et tota Teutonis ora.

O me felicem, tua si victricia signa

30 *Inspiciam volitare tuas, invicle, per Alpes.*

Dum petis Italiam summum accepturus honorem!

Tunc sua quisque feret nostrum tibi carmina laudum,

Scilicet imperium quod nemo potentior aller

Iustitia ei multa pietate et religione

35 *Protegat. Eoo qua Phoebus surgit ab ortu*

Quaque sub Hesperias fertur revolutilis undas

Quaque austrum boreamque videt vultu radioso.

Sed postquam toto, Caesar, scriberis in orbe

Et tibi cunctarum rerum donantur habundae,

40 *Auspice te nostrae cantent maiora Camenae.*

C) b) I. 2. — *Thomas Aretius Cremisanus.*

*Turba profana, sile, Musis infesta Latinis,
 Desine iam vatem dilacerare pium!
 Munere grata suo celebrabunt saecula Celten,
 Aethereas arces candida fama petit,
 5 Qui tandem multo peregrinus in orbe labore
 Adduxit Graium Romulidumque notas,
 Auspicio et cuius recinentes carmina Musas,
 Laurigerum et Phoebum clara Vienna tenet.
 Clara Vienna tenet Musas veramque Sophiam,
 10 Aemula Tarpeis Argolicisque scholis.
 Huc, cupida o lauri, venias, studiosa iuventus,
 Militiae Celtis laureaserta dabit.
 At modo dulcisono crepilent cava guttura cantu
 Caesareoque operi plaude, novena cohors,
 Plaude, novena cohors! Mavortem tempore belli
 Atque togae Phoebum et Pallada Caesar amat.*

C) b) I. 3. — *Hieronymus Pius Baldungus.*

<i>Alma doctarum genitrix sororum. Quae Iovis nata es meliore parte, Grata diis cunctis, age, concinamus, Pieri, carmen!</i> <i>5 Quale vocalis citharae magister Post Giganteos cecinit triumphos Caelitum laudes modulatus arcu Pollice Phoebus,</i> <i>Quale vel divum cecinisse vatem 10 Orpheon dicunt, Erebi severum Iudicem quando rigidasque movit Carmine quereus,</i> <i>Tale iam vellet chorus ille vatium. Caesari carmen caneres recentes 15 Principis laudes modulans benignas, Candida, grates.</i>	<i>Regiis quando reducem poetam Sumptibus dignaque domo recepit Et sacras Musas decoravit amplo Largus honore.</i> <i>Sic enim Celtis docilem inventam Instruit blanda venerandus arte, Quo tuum crescit decus et perennis Gloria mundo.</i> <i>¶ Carmen insanos reficit dolores, Quos movet certis iaculis Cupido Nec minus caeli stabili rotantur Foedere vocum.</i> <i>Ergo, si tantum valet efficaci 30 Aureum carmen modulo, canamus Invicem doctae meritum Camenae, Pieri, carmen.</i>
--	--

C) b) I. 4. — *Pancratius Vulturinus Silesitanus.*

*Maximiliane, regum semper invictissime,
 Sceptra regni sub corona fers in omni gloria,
 Fultus atque, rex, honore prosperaris undique.
 Te celebrem fortitudo, qua refulges, efficit
 5 Teque mens adornat alta continens prudentiam.
 Te sub aula indicante veritas decernitur.
 Quis sat odis hunc sonabit laude dignum regia,
 Quis vel aptum dicet carmen tanto in orbe principi
 Quisve plene scribet unquam fortis acta militis?
 10 Nec sit ullus, credo, vatium orbis hoc in climate.
 Qui referre possit huius rite laudes carmine.*

C) b) II. — *Classis secunda.*C) b) II. 1. — *Georgius Boorius Cetianus.*

- Cum mihi Nyseidos nondum gustare liquores*
Musa dedit iuveni nec adhuc conscendere colles
Parnasi, veluti Celtis lustraverat olim,
Iccirco stipula miserum dispergere carmen
5 *Cogor, uti clangens anser canit inter olores.*
Quantulacumque tamen tibi carmina, Maxmiliane,
Rex invicte, cano, quae perlege fronte serena.
Sed quis condignas poterit tibi dicere laudes,
Qui tua per totum diffundis nomina mundum
10 *Nobilitate, simul virtute et corpore toto*
Europae cunctos contingens sanguine reges.
Carmina quapropter multi cantare parati
Convenerunt iuvenes, tamen hinc maiore minorve
Gloria non crescet tibi; virtus carmine maior
15 *Est tua, quae cunctos vincit sub cardine reges.*
Vera ego iam documenta canam, nam Phoebus et omnis
Musarum generosa cohors citharaeque repertor
Et veterum quicquid sapientia scripsit in orbe
Graio aut Ausonio, nostras migravit in oras
20 *Austriacosque colunt iam docto carmine colles,*
Hic ubi consurgit per Bacchica rura Vienna
Et Cetius calvo cum vertice spectat in Histrum.
O veniat lux illa, tuum qua cernere vultum
Possemus, dignos tibi et instaurare triumphos!
25 *Qualis ab Oceano victorque et qualis ab Arcto*
Laetus in Austriacas venias, ut poscimus, oras.
Tunc patriis libare deis, tunc solvere tristes
Collibeat curas violisque intexere frontem;
Mella ferent quercus, Cetius tum nectara fundet,
30 *Tum capient laetos Australia sidera vultus,*
Sudabunt ceduae spirantia balsama silvae,
Omnibus ingeminabuntur tunc gaudia terris
Nosque tui vates tibi carmina mille canemus,
Carmina, quae nullum sunt interitura per aevum.

C) b) II. 2. — *Ioannes Pavetianus Boemannus.*

- | | |
|---|--|
| <p> <i>Phoebe, regnator lyricae catervae,</i>
 <i>Aurei praestes mihi iura plectri,</i>
 <i>Principis laudes Latii lepore ut</i>
 <i>Scribere possim.</i> </p> <p> 5 <i>Principem mundi canimus, favete,</i>
 <i>Sit dies nobis memoranda, Musa,</i>
 <i>Et mihi maior fluat ad bibendum</i>
 <i>Castalis unda.</i> </p> <p> 10 <i>Ille signandus, Leonora quando</i>
 <i>Principem tantum peperit Fridrico</i>
 <i>Caesare natum.</i> </p> | <p> <i>Haud procul cultus locus a Vienna est,</i>
 <i>Quem sacer lucus roseusque campus</i>
 15 <i>Cingit et pulchram levat intus altis</i>
 <i>Moenibus arcem.</i> </p> <p> <i>Illum ibi natum memorant, volasse et</i>
 <i>Regias bis sex aquilas ferentes</i>
 <i>Sceptra cum pomo tereti et coronam,</i>
 <i>Omina regni.</i> </p> <p> <i>Mox Fides veri volucres secuta est</i>
 <i>Arce te summa Latia locantes,</i>
 <i>Pacis ac belli moderator atque</i>
 <i>Totius orbis.</i> </p> |
|---|--|

- 25 *Si mihi centum modo ferret ora* *Vatibus doctis tua liberalis*
Phoebus et doctae astiterint Camenae, 30 *Dona fers, totum hi referent per orbem*
Non tuae possem memoranda facta *Te patrem nostrum, sobolem*
Dicere vitae. *Sidera tollent.* *[tuamque ad*

C) b) II. 3. — *Ioannes Menanus Ostrofrancus.*

- Terrarum o princeps, natus melioribus annis*
Caeleste ingenium fata dedere tibi,
Sidera qui caeli, qui mundi climata calles
Et quicquid pontus terraque tota tenet.
 5 *Tu prudens, iustus, sine Marte et saepe triumphas.*
Quod praebent paucis saecula nostra viris.
Defensor patriae, pacis clarissimus autor,
Summus et integrae religionis honos,
Summus amor vatum priscorum more virarum
 10 *Largiter Aoniis dans tua dona viris,*
Qui tibi perpetuas cantabant carmine laudes,
Quas alti extinguit nulla litura maris.
Quapropter Caesar Romani conditor orbis
Duxit laurigeros in sua castra viros:
 15 *Non sine Pieriis exercuit artibus arma*
Scipiades, vatum maxima cura fuit;
Magnus Alexander sacros nutrisse poetas
Fertur et aeterna laude beatus erat;
Sic, rex, priscorum sequeris qui facta virorum,
 20 *Vatibus et doctis semper amicus ades.*

C) b) II. 4. — *Clemens Bonicampius Carneolanus.*

- | | |
|--|---|
| <p><i>Cultor o vatum, genere princeps.</i>
 <i>Quique per totum dominaris orbem,</i>
 <i>Fronte iam laeta docilis iuventae</i>
 <i>Carmina volve!</i></p> <p>5 <i>Cum mihi dulcem tetricae sorores</i>
 <i>Longius vitam tribuent, Camena</i>
 <i>Nostra cantabit tua grandiori</i>
 <i>Carmine gesta.</i></p> <p><i>Caesaris magni celebremus omnes</i>
 10 <i>Candidi laudes celebri Camena</i>
 <i>Austriae terrae domini potentis</i>
 <i>Aemiliani,</i></p> <p><i>Cui dedit mundi regimen supremum,</i>
 <i>Tradidit gentes Latias et urbes,</i>
 15 <i>Tradidit sacri imperii coronam</i>
 <i>Iupiter almus.</i></p> | <p><i>Qui sacras Musas Latius ab oris</i>
 <i>Invehis nostris, genere, terris</i>
 <i>Et domum sacras tribuens et arces</i>
 <i>Pallade dignas,</i></p> <p><i>Quaque iam lauri viridis corona</i>
 <i>Vertices cinxit docilis iuventae</i>
 <i>Celtis, ut laudes recinant perennes</i>
 <i>Maxmiliani.</i></p> <p>25 <i>Olim ut umbrosas Heliconis oras</i>
 <i>Phoebus et Pindum coluit nivosum,</i>
 <i>Sic colit doctas sibi nunc dicatas</i>
 <i>Principis aedes.</i></p> <p><i>Hinc, chori sacri iuvenes diserti,</i>
 30 <i>Qui domo in regis colitis Camenas,</i>
 <i>Regis aeternas celebrate laudes</i>
 <i>Carmine docto!</i></p> |
|--|---|

C) b) III. — *Classis tertia.*C) b) III. 1. — *Adam Seragus Necaranus.*

Cum iam Romulidae totum virtutibus orbem
 Imperio regerent, non vitam ducere inertem
 Instituire patres, sed sanctas condere leges
 Incipiunt, cunctis cultosque imponere mores
 5 Gentibus ac iuvenes in equestri laude decori
 Dicendi didicere modos linguaeque nitorem,
 Ut par imperio sermo foret; inde per orbem
 Crevit utrumque simul, maiestas cultaque lingua.
 Quae quamvis multo iacuit iam tempore, donec
 10 Iupiter a celso defigens lumina mundo
 Teutoniae regem Romano a sanguine nasci
 Dixerat et priscum iussit reparare nitorem,
 Maximiliane, tuam referens ad sidera laurum,
 Quem manet imperium, qui solus numine divum
 15 Europam atque Asiam terras, fortissime Caesar,
 Et gentem, Phoebi quae nigra caloribus errat.
 Te mea Musa levis cuperet laudare parentem,
 Qui das Germanis Romanis ludere verbis
 Instituens Nymphis, Phoebo Dryadumque puellis
 20 Tecta pius largusque tuis proventibus ornans.
 Cessit ut imperium, sic cedat gloria linguae
 Germanis, docta dum cingunt tempora lauro,
 Quam Celtis dare iure potest et ferre coronam,
 Quem patrem patriae nutris, largissime princeps,
 25 Certa salus nobis et spes fidissima Musis.

C) b) III. 2. — *Ioannes Volscus de Zuola Boemus.*

Magna cothurnato deposcit carmina cultu,
 Exigit heroos et sacra Musa pedes,
 Maximiliane, tuas, rex invictissime, laudes
 Ut referam, quis tu clarus in orbe micas.
 5 Sed neque Pieridum mihi cognita turba sororum est,
 Proluit Aonius nec mea labra liquor;
 Non igitur referam tua cuncta ab origine gesta,
 Gesta Maroneo carmine digna cani.
 Inter multa tuae, Caesar, praeconia laudis
 10 Dicere me cogit nostra Thalia tamen,
 Unum quod doctis donas modo vatibus aedem
 Et sceptrum et laurum signaque sacra Iovis,
 Quo tibi perpetuum dant saecula postera nomen,
 Illustrem et famam semper habebit opus,
 15 Unde viris doctis crescat Germania tota,
 Qui tua grandiloquo carmine gesta canent,
 Dum vinces, rigidus quae nunc habet, oppida, Turcus,
 Quae videt Euxini mobilis unda maris,
 Bosphorus et Macedum campi quaque Attica tellus
 20 Quaque patet bifido Graecia clara sinu;

*Omnia Turcus habet; tamen, haec postquam, inclyle regum,
Viceris et victor clara trophaea feres,
Tunc tibi grandiloquo referemus carmine laudes
Et tua sub caelum nomina clara volent.*

C) b) III. 3. — Nicolaus Musiphilus Phorcensis.

*Castalidum scandet pubes Germana sacratas
Rupes, perpetuis resonant ubi carmina rivis
Florentesque rigant hortos placidoque susurro
Delectant patulas aures somnoque solutos
5 Exhilarant artus, membris renovantque vigorem
Atque animum laetum compellunt dicere carmen.
Auscultate, viri proceres et docta iuventus,
Quae nova facta canam Germanis nota sub oris,
Cui mare, cui tellus, totus cui subditur orbis,
10 Maxmilianeum tollens ad sidera nomen.
Is praeclara dedit largus sua dona poetis
Constituitque domum Sophiae doctisque Camenis
Et lauro iussit doctos decorare poetas,
Perpetuo currunt donec vaga sidera caeli.
15 Plaudite, Castalides! o quantum laudis habebit,
Caesar et in toto fiet memorabilis orbe,
Carmina cui iuvenes olim maiora canemus,
Dum sacram capiet veteri de more coronam,
Caesareos titulos Latios Gallique triumphos
20 Et quae de trucibus restat victoria Turcis.*

C) b) III. 4. Christophorus Apitius Maierhoranus.

<i>Gratias longo referamus aevo Caesari pulchra, iuvenes, Vienna, Qui dicat sacras philomusus aedes. Plaudite, Musae!</i>	<i>Conditos mores, populos et urbes, Fluminum lapsus nemorumque saltus Austriae laudent patrii poetae. Plaudite, Musae!</i>
<i>1 Principi laudes canimus perennes, Qui sacras docto a Latio Camenas Invehit nostras sapiens in oras. Plaudite, Musae!</i>	<i>25 Plaude, Musarum generosa turba, Hospitem nobiscum habitare Phoebum, Qui suis sacrat radiis poetas, Plaudite, Musae!</i>
<i>10 Plaude Germanos pelliisse fines, Quas cupis, doctas, iuvenis, sorores, Pallada et Phoebi comitante plectro Plaudite, Musae!</i>	<i>30 Vivat aeterno pater ille vatum Semper Augustus vigeantque semper Carminum dulces moduli et poetae, Plaudite, Musae!</i>
<i>15 Interit fato puerile dogma, Quod patres prisci docuere natos, Iam datur veris studuisse rebus, Plaudite, Musae!</i>	<i>Vivat et crescat docilis iuventus Moribus sanctis studeatque doctis Ferride Musis valeantque vates, Plaudite, Musae!</i>
<i>Austriae tellus modo perbeata, Dum sinu doctos fovet haec poetas, Quos creat Celtis viridi corona, 20 Plaudite, Musae!</i>	<i>Phoebus et vestra medius corona Candidus pulset citharam sonoram Nosque coniunget geniali amore, Plaudite, Musae!</i>

D)

D) 1. — *Ioannes Sturnus Smalcaldensis ad Chunradum Celtem.*

*Qua late armisonis bellax Germania terris
Sceptra Latina gerit,
Cogitat Aoniis duce te iam, Celte, coronis
Excoluisse caput*

5 *Iamque petunt laurum frontis dignissima doctae
Praemia Trutonici.*

*Te primum valem iam iactat Rhenus et Hister
Virgiliūque suum,*

*Albis et, Arctoum Godoni qui fertur in aequor,
Vistula cum Vesuro,*

*Atque Odera, Euxini Francos qui misit ab oris
Intima ad Hercyniae,*

*Et Gera, quique Elstrum secum, Sala, fundit in Albim,
Necarus et Mosula.*

15 *Macte sacra lauro, dum pergis carmina summo
Caesare digna legi.*

*Secretum populo tua te super astra reuertet
Barbitos atque chelys,*

Te manet usque suum caeli lyra, te citharoedum

20 *Diique deaeque manent.*

D) 2.

Doctinae probitas iuncta sub astra volat.

E)

E) 1. — *Chunradus Celtis divo Maximiliano Augusto.*

Post haec pulchra tuae scribam primordia gentis

Atque atavos, proavos magnanimumque patrem

Et generis titulos et avitae stemmata terrae

Quamque vetus tibi sit nobilitatis honos,

5 *Quis puer et primis quo pacto adoleveris annis,*

Quid vir vel quicquid gesseris ipse senex.

Principiumque tui generis dum scire laboro,

Cognatos veniam Celtis ad usque deos.

Parcite, mortales, tunc dicet Iupiter et vos,

10 *Caelicolae, hunc vestram dicere progeniem,*

Editus e nobis est Maximus Aemilianus,

Non alium admittet gloria tanta patrem.

Tu tantum placidam nobis concede quietem

Atque sodalicium coge coire meum,

15 *Nemo etenim hunc solus poterit complexse laborem,*

Ex quo tot sancti hic commemorantur avi,

Cumque tibi nullus similis nunc vivit in orbe,

Historiam hanc solus scribere nemo potest.

E) 2. — *Oraculum Apollinis ad Celtem.*

Magna venit nulli sine magno fama labore

Et vaga sudorem gloria semper habet.

Index nominum.

D: Ludus Dianae R: Rhapsodia — App.: Appendix — t: titulus —
v.: vide

- Adam* Seragus Necaranus v. Seragus.
Achilles v. Aeacides.
Aeacides (Achilles) R 142.
Aemilianus (Maximilianus) App. II. C b II 4, 12. *Maximus* — App. II. E 1, 11. v. Maximilianus.
Aemilius, Maximus (Maximilianus) D 11 106. v. Maximilianus.
Albis (flumen) D 138. App. II. B 2, 6; D 1, 9 13.
Alcides (Hercules) App. II. A 2, 1. v. Hercules.
Alemania App. II. C b I 1, 20. v. Germania.
Alexander Magnus App. II. C b II 3, 17.
Alexander (de Villa-Dei) App. II. C a 5, 3.
Almani olores App. II. B 1, 1. v. Germana.
Alpes D 153. R 70. App. II. C b I 1, 30. *Alps* B 112.
Alpheus (flumen) R 193.
Amor ferri App. I. B 38.
Aoniae coronae App. II. D 1, 3.
Aonii viri App. II. C b II 3, 10.
Aonius liquor App. II. C b III 2, 6.
Apitius Maierhovanus, Christophorus App. II. C a 1; b III 4.
Apollo App. II. C b I 1, 14; E 2, t. v. *Phoebus*.
Arar (flumen) R 87.
Arcas R 191.
Arctophylax R 210.
Arctoum aequor App. II. D 1, 9.
Arctous axis R 8.
Arctos App. II. C b II 1, 25.
Aretius Cremisanus, Thomas App. II. C a 1; b I 2.
Argolicæ scholæ App. II. C b I 2, 10.
Asia App. II. C b III 1, 15.
Athenae R 190.
Atlantis (Maia) D 3.
Atlas R 206.
Attica tellus App. II. C b III 2, 19.
Augustinus Moravus (Olomucensis) App. II. A 4, t; 5, t 1.
Augusti (Caesares) App. II. C a 3, 13.
Augustus (Maximilianus I.) App. II. C a 3, t 1 12; b III 4, 30; E 1, t.
Ausonia D 78.
Ausonius orbis App. II. C b II 1, 19.
Australia sidera App. II. C b II 1, 30.
Austria R 215. App. II. C b II 4, 11; III 4, 17 23.
Austriaca aula D 37. — gens R 177.
Austriacæ oræ R 15 92. App. II. C b II 1, 26. — scholæ App. II. C a 5, 4. — terræ D 195. *Austriaci* D 141. — colles App. II. C b II 1, 20.
Austriacum solum D 146. App. II. C b I 1, 9. *Austriacus pastor* D 77. — philosophus (Ioannes Stabius) App. I. B t.
Aventina arx D 38. — stemmata D 110. *Aventinus sanguis* D 176.
Bacchica gaudia D 155. — rura App. II. C b II 1, 21.
Bacchides D ante 110.
Bacchidici colles App. II. B 2, 50. — *βακχιδικοί* D 148.
Bacchifer Sala D 138.
Bacchus D 29 ante 69 ante 104 ante 110 114. R ante 26 147 190 ante 213 215. App. II. A 2, 3. v. Dionysius, Iacchus.
Baldungus v. Pius.
Bavari R 92.
Bella App. I. B 40.
Bemi App. II. A 4, 1. v. Boemanni, Boemi, Boiemi.
Bicleph App. II. B 2, 32.
Blanca Maria D 64 106 194 198.
Boemandi App. II. A 4, 2 4.
Boemanni R 228. App. II. A 2, 7; 4, 1 2 4; 5, 1. v. Bemi, Boiemi.
Boemannus R 172. App. II. A 1, 5. v. Pavetianus.
Boemi R 8 33. App. II. B 2, 1. v. Bemi, Boiemi. *Boemus* App. II. B 1, 5 7. v. Boemannus, Volscus.
Bohemia App. II. B 2. t. v. Boemia.
Bohemia App. II. B 2, t. v. Boemia.

- Bohuslaus* de Hassenstein v. Hassenstein.
Boiemi App. II. A 4. 1. v. Bemi.
Boemanni, Boemi.
Boii App. II. A 5, 1; B 1, 5.
Bonicampus Carneolanus, Clemens App. II. C a 1; b II 4.
Boorius Cetianus, Georgius App. II. C a 1; b II 1.
Bosporus App. II. C b III 2, 19.
Britanni R 90. *Britannus* App. II. A 1, 6. — *Bicleph* App. II. B 2, 31.
Buda App. II. A 4, 4.
Caesar (C. Iulius) App. II. C b II 3, 13. — (Fridericus III.) App. II. C b II 2, 12. — (Maximilianus I.) D 18 54 59 67 156 190 192. R 3. App. I. B 77. App. II. A 1, 2 3; 2, 5; C a 3, 1 3 12; 4, 2; b I 1, 38; 2, 16; 3, 14; II 4, 9; III 1, 15; 2, 9; 3, 16; 4, 2; D 1, 16. *Caesares* D 22. — *Romulidae* D III. App. II. C b I 1, 16.
Caesarei cibi D 189. — *Latii tituli* App. II. C b III 3, 19. *Caesareum opus* App. II. C b I 2, 14.
Calliope R ante 153.
Calydonius heros (Meleagros) D 47.
Camena App. II. C b I 3, 31; II 4, 6 10. *Camenae* D 165. R 26. App. I. A 2, 11. App. II. C b I 1, 7 40; II 2, 26; III 3, 12, 4, 6. v. *Musa*. *Musae*.
Carinthii D 140.
Carneolanus v. *Bonicampus*.
Carnioli D 139.
Carolus Magnus R 154.
Castalides App. II. C b III 3, 1 15.
Castalis umda App. II. C b II 2, 8.
Celtae App. II. A 5, 1.
Celtiberi App. II. A 5, 3.
Celtis, *Chunradus* (Conradus Protueius) App. II. A 4, t 1; 5, t; C a 3, t; 4, 1; 5, t; b I 2, 3 12; 3, 21; II 1, 3; 4, 23; III 1, 23; 4, 19; D 1, t 3; E 1, t 8; 2, t.
Cerberus D 185.
Cetianus v. *Boorius*.
Cetius (mons) D 141. App. II. C b II 1, 22 29.
Christianus mos App. II. A 4, 3.
Christicolae D 83.
Christophorus Apitius v. *Apitius*.
Christus D 72 89. App. II. A 4, 3.
Clemens Bonicampus v. *Bonicampus*.
Chunradus v. *Celtis*.
Chunradi (reges Germaniae) R 167.
Clio R ante 28.
Cocerus (flumen) D 187.
Codanus D 174.
Concordia R 181.
Constantinus R 189.
Cornelius (Tacitus) App. II. A 4, 1.
Cremisanus v. *Aretius*.
Cupido App. II. C b I 3, 26.
Danubius (flumen) D 142. R 178. App. II. A 2, 6. v. *Hister*.
Diana D t ante 1 ante 18 49 59 ante 63 ante 190 199. v. *Luna*, *Trivia*.
Dionysius (Dionysus) D 112. v. *Bacchus*, *Iacchus*.
Discordia App. I. B 39.
Dolus App. I. B 35.
Dryades D 31 150. App. II. C b III 1, 19.
Elstrus (flumen) App. II. D 1, 13.
Emilianus, Maximus (Maximilianus) R 217. v. *Maximilianus*.
Eous ortus App. II. C b I 1, 35.
Ephesus D 25.
Erato R ante 125.
Erebus App. II. C b I 3, 10.
Eryx (mons Siciliae) App. II. A 1, 6.
Eslingus v. *Neophorus*.
Euhoiae rupes R 192.
Euphrates (flumen) R 161.
Europa R 171. App. II. A 2, 8; C b II 1, 11; III 1, 15.
Eustachius v. *Neophorus*.
Euterpe R ante 64.
Euxinum mare App. II. C b III 2, 18; D 1, 11. *Euxinus Pontus* R 179.
Fames auri App. I. B 37.
Fauni D 9 ante 18 28 49 ante 63 65 ante 69 104 150. R ante 26.
Fides R 181. App. I. B 22. App. II. C b II 2, 21.
Flandri R 122.
Franci App. II. D 1, 11.
Franciscus morbus App. I. B 70.
Francisca gens R 155.
Fraus App. I. B 35.
Fridericus Caesar App. II. C b II 2, 11.
Furiae App. I. B 63.
Galli D 102. R 86. — *rebelles* R 122.
Gallus D 80. App. II. A 1, 5; C b III 3, 19.
Galliae turmae App. I. B 66.
Geldri rebelles R 122.
Georgius Boorius v. *Boorius*.
Gera (flumen) App. II. D 1, 13.
Germana corpora D 88. — gloria

- App. II. C a 2. — pubes App. II. C b III 3, 1. *Germanae* Musae App. I. A 2, 1. — orae App. II. C a 6, 1; b III 3, 8. *Germani* App. II. C b III 1, 18 22. — fines App. II. C b III 4, 9. — monticolae D 132. *Germanus* App. II. C a 6, t. — sanguis R 153. v. *Almani*.
Germania App. II. A 5, 1 2; C a 3, 1 3; b III 2, 15; D 1, 1. v. *Alemania*.
Geseif (bellator Turcus) D 90.
Gigantei triumph App. II. C b I 3, 6.
Godonus App. II. D 1, 9.
Gotholani App. II. A 5, 3.
Graeca grammaticae App. II. C a 3, 7.
Graeci autores App. II. C a 3, 4.
Graecia App. II. C b III 2, 20.
Graiae Musae App. II. C b I 1, 22.
Graii App. II. B 2, 27; C b I 2, 6. — montes D 127. — viri R 149. *Grainus* orbis App. II. C b II 1, 19.
Habsburgus v. *Rudolphus Habsburgus*.
Hassenstein, *Bohuslaus* de App. II. B 2, t 1 33.
Hector R 144.
Helicon App. II. C b II 4, 25.
Helvetica plebs D 103.
Henrici (reges Germaniae) R 167.
Herculea manus D 47. *Herculeae* metat R 206.
Hercules App. I. B 83. v. *Alcides*.
Hercynia App. II. D 1, 12.
Hesperiae undae App. II. C b I 1, 36.
Hieronymus Pius v. *Pius*.
Hispanae orae App. II. A 2, 1. *Hispanus* App. II. A 1, 6.
Hister (flumen) D 173. R 9 87. App. II. A 5, 2; C b II 1, 22; D 1, 7. v. *Danubius*.
Histrinae aquae App. II. B 1, 6.
Hus (Ioannes) App. II. B 1, t.
Iacchus D 10 50 104. App. II. B 2, 100. v. *Bacchus*, *Dionysius*.
Indi R 148. App. II. A 2, 3.
India D 125.
Insidae App. I. B 35.
Insubrica culmina D 79.
Integritas R 182.
Invidia App. I. B 38.
Ioannes *Menanus* v. *Menanus*. — *Pavetianus* v. *Pavetianus*. — *Stabius* v. *Stabius*. — *Sturnus* v. *Sturnus*. — *Volseus* v. *Volseus*.
Italiae Musae App. II. C b I 1, 22.
Itali App. I. B 66.
Italia App. II. C b I 1, 31.
Italicus lupus App. II. B 1, 2.
Iupiter R 4 73 139 222. App. I. B 82. App. II. C b I 3, 2; II 4, 16; III 1, 10; 2, 12; E 1. 9. v. *Olympiacens tonans*.
Iustitia App. I. B 25.
Kalendae Martiae App. II. C a 3, 13.
Latia arx App. II. C b II 2, 22.
Latiae gentes App. II. C b II 4, 14. — orae App. II. C b II 4, 17. — notae App. II. A 1, 4. *Latii* montes D 127. — tituli App. II. C b III 3, 19. — viri R 149. *Latium* App. II. C b III 4, 6. — regnum R 31. *Latius* princeps App. II. C b II 2, 3. rex R 11. v. *Latiale*, *Latina*.
Latiale carmen App. II. C a 6, 5. v. *Latia*.
Latina sceptrae App. II. D 1, 2. *Latinae* Musae App. II. C b I 2, 1. *Latine* App. II. C a 6, t. *Latini* autores App. II. C a 3, 4. *Latinus* homo App. II. C a 3, 7. v. *Latia*.
Leonora (imperatrix, mater *Maximiliani* I.) App. II. C b II 2, 10.
Leopoldus *Suevus* B 60.
Libido App. I. B 37.
Longinus, *Vincentius* v. *Sylesitanus*.
Ludovici (reges Germaniae) R 167.
Luna R 22. v. *Diana*, *Trivia*.
Macedones R 191. App. II. C b III 2, 19.
Magnus v. *Alexander*, *Carolus*.
Maia v. *Atlantis*.
Maierhovanus v. *Apitius*.
Mannus App. II. A 5, 2.
Maria v. *Blanca Maria*.
Maroneum carmen App. II. C b III 2, 8.
Mars D 83. R 65 93 108 134. App. II. C b II 3, 5. v. *Mavors*.
Martiae *Kalendae* App. II. C a 3, 13.
Maumet D 87.
Mavors D 60. R 95. App. II. C b I 2, 15. v. *Mars*.
Maximilianus App. I. A 2, ante 1; B t. App. II. A 1, t; 2, t; C a 3, t; b I 4 1; E 1, t. v. *Aemilianus*, *Maximus Aemilianus*, — *Aemilius*, — *Emilianus*, *Maxmilianus*.
Maximum nomen (*Maximiliani* nomen) D 69.
Maximus Aemilianus (*Maximilianus*)

- App. II. E 1, 11. — *Aemilius* D 11 106. — *Emilianus* R 217. v. *Maximilianus*.
Maximilianeae laudes D 63. *Maximiliani* honores R 5. *Maximilianeum nomen* App. II. C b III 3, 10. *Maximilianeus* dux R 236.
Maximilianus D 152 177 188 198. R 211. App. I. B 84. App. II. C b II 1, 6; 4, 24; III 1, 13; 2, 3. v. *Maximilianus*.
Meleagros v. *Calydonius heros*.
Melpomene R ante 55.
Menanus *Ostrofrancus*, *Ioannes* App. II. C a 1; b II 3.
Mercurius D ante 1. R ante 20 ante 229 ante 235.
Metus App. I. B 40.
Minerva App. II. C a 5, 4. v. *Pallas*.
Moenus (flumen) D 137.
Moravus, *Augustinus* v. *Augustinus Moravus*.
Mosula (flumen) App. II. D 1, 14.
Musa App. II. C b I 1, 4; II 1, 2; III 1, 17; 2, 2. *Musae* R 194 ante 203 ante 213 231 235 238. — *Germanae* App. I. A 2, 1. App. II. B 2, 107; C a 3, t; b I 1, 10 12. — *Italae* et *Graiae* App. II. C b I 1, 22. — *Latinae* App. II. C b I 2, 1 7 9; 3, 19; II 1, 17; 2, 6; 4, 17; III 1, 25; 4, 4 8 12 16 20 24 25 28 32 35 36 40. v. *Camena*, *Camenae*.
Musiphilus *Phorcensis*, *Nicolaus* App. II. C a 1; b III 3.
Necarus v. *Seragus*.
Necarus (flumen) D 137. App. II. D 1, 14.
Neophorus *Eslingus*, *Eustachius* App. II. C a 1; b I 1.
Nestor R 223.
Nestorei dies D 191.
Nicolaus v. *Musiphilus*.
Niliaca plaga D 126.
Nymphae D 9 ante 18 50 ante 63 ter 63. App. II. C b III 1, 19.
Nysa D 126.
Nyscides liquores App. II. C b II 1, 1.
Oceanus App. II. A 2, t; C b II 1, 25.
Oddones (reges *Germaniae*) R 157.
Odera (flumen) D 138. App. II. D 1, 11.
Oenus (flumen) R 92 93.
Olympiacus tonans D 71. v. *Iupiter*.
Olympus App. I. B 21.
Orcus R 66. App. I. B 63 86.
Oreades D 31.
Orpheus R 197. App. II. C b I 3, 10.
Osiris D 112.
Ostrofrancus v. *Menanus*.
Pallas R 190. App. II. C b I 1, 14; 2, 16; II 4, 20; III 4, 11. v. *Minerva*.
Pancratius v. *Vulturinus*.
Panno App. II. A 1, 5.
Paresiphanus R ante 1 ante 11.
Parnasus App. II. C b II 1, 3.
Parthenopaeus rex App. I. B 68.
Pavetianus *Boemannus*, *Ioannes* App. II. C a 1; b II 2.
Pax R 180. App. I. B 25.
Pegasides sorores R 12.
Pestes (filiae *Plutonis*) App. I. B 33.
Phoebea aedes App. II. C b I 1, 11.
Phoebus amor App. II. C a 6, 3.
Phoebus R 2 11 ante 16 ante 20 21 23 51 ante 203. App. II. B 2, 58 61 107; C b I 1, 35; 2, 8 16; 3, 8; II 1, 16; 2, 1 26; 4, 26; III 1, 16 19; 4, 11 26 37. v. *Apollo*.
Phorcensis v. *Musiphilus*.
Phrisii R 90.
Pieriae artes App. II. C b II 3, 15.
Pierides R 16. App. II. C b III 2, 5.
Pieris (Musa) App. II. C b I 3, 4 32.
Pietas R 181. App. I. B 22 29.
Pindus App. II. C b I 4, 26.
Pius *Baldungus*, *Hieronymus* App. II. C a 1; b I 3.
Pluto App. I B 34.
Poeni R 40.
Polyhymnia R ante 101.
Pontus Euxinus R 179.
Praga App. II. B 2, t 5.
Ptolemaeus App. II. A 4, 1.
Pudor App. I. B 26.
Ratispona R 10 53.
Regus (flumen) R 9.
Religio R 182.
Rhaeti D 139.
Rhenana plaga D 134.
Rhenus (flumen) D 175. R 88 176. App. II. A 2, 6; D 1, 7.
Rhodanus (flumen) R 87. App. II. C a 1; b I 4.
Roma R 168. App. II. B 2, 12.
Romana corona R 170. — *eloquentia* App. II. C a 3, 1. — *lex* R 172. — *verba* App. II. C b III 1, 18. *Romani* App. I. B t. App. II. B 2, 26.

- Romanum* os App. II. C a 6, 2. *Romanus* Caesar App. II. C a 3, 3.
— honor D 19. — orbis App. II. C b II 3, 13. — sanguis App. II. C b III 1, 11.
Romulidae App. II. C b I 1, 1; 2, 6; III 1, 1. — *Caesares* D 111.
Romulus App. II. A 1, 6.
Rudolphus *Habsburgus* R 59.

Sala (flumen) D 138. App. II. D 1, 13.
Saphicum carmen App. I. B t.
Sarmata App. II. A 1, 5. *Sarmatae* R 227.
Saturnus App. I. B 90.
Satyri D 9 ante 18 28 49 65 ante 69 104 116. R ante 26 ante 213.
Saxona proles R 156.
Scipiadus App. II. C b II 3, 16.
Scythicus orbis R 83.
Seragus *Necaranus*, Adam App. II. C a 1; b III 1.
Siculae orae R 193.
Silenus D 10 29 51 104 ante 110 118 ante 176.
Silesitanus v. *Vulturinus*, *Sylesitanus*.
Silvani D 117. *Silvanus* D 10 28 50 ante 69 ante 104 104.
Sizka App. II. B 2, 15.
Smalcaldensis v. *Sturnus*.
Sophia App. II. C b I 2, 9; III 3, 12.
Sospitas App. I. B 91.
Stabius, *Ioannes* App. I. B t.
Sturnus *Smalcaldensis*, *Ioannes* App. II. D 1.
Stygium robur D 90.
Styri D 139.
Suedi R 227.
Suevi App. II. A 5, 3. *Suevus* v. *Leupoldus* *Suevus*.
Sugambri App. II. A 2, 7.
Sylesitanus poeta (*Vincentius Longinus*) D 163.

Tacitus v. *Cornelius*.
Tarpiede scholae App. II. C b I 2, 10.

Tartara D 93. R 133. *Tartarus* App. I. B 35.
Tartareus rex R 100.
Tectosagi App. II. A 5, 3.
Terpsichore R ante 140.
Teutonia App. II. C b III 1, 11.
Teutonici App. II. D 1, 6.
Teutonis ora App. II. C b I 1, 8 28.
Thalia R ante 46. App. II. C b III 2, 10.
Thebae R 190. App. II. A 2, 4.
Thermooontae undae R 159.
Tigris (flumen) R 161.
Trivia D 6 26. v. *Diana*, *Luna*.
Troianus colonus R 143.
Turci D 82. App. II. C b III 3, 20.
Turcus D 85. R 172 226. App. II. C b III 2, 17 21.

Urania R ante 169.
Ursa (stella) R 209.

Vasco App. II. A 1, 6.
Veneti D 101.
Vergilius v. *Virgilius*.
Veritas App. I. B 25.
Vesurus (flumen) App. II. D 1, 10.
Vicieph v. *Bicleph*.
Vienna D 146. App. II. A 5, 3; C a 3, 13; 5, 1; b I 2, 8 9; II 1, 21; 2, 13; III 4, 2.
Viennense archigymnasium App. II. C a 3, 1. — *Collegium* App. II. C a 1.
Vigor App. I. B 91.
Villa-Dei, *Alexander* de v. *Alexander* (de *Villa-Dei*).
Vindelici D 139.
Virgilius App. II. D 1, 8.
Virtus R 181. App. I. B 44 88.
Vis App. I. B 35.
Vistula (flumen) D 174. App. II. D 1, 10.
Volscus de *Zuola* *Boemus*, *Ioannes* App. II. C a 1; b III 2.
Vulturinus *Silesitanus*, *Pancratius*

Ziska v. *Sizka*.
Zuola v. *Volscus* de *Zuola*.

BIBLIOTHECA SCRIPTORUM MEDII RECENTISQUE AEVORUM

REDIGIT LADISLAUS JUHÁSZ, SZEGED (HUNGARIA)

SAECULA XII—XIII.

[Anonymus] P. magister quondam Bele regis Hungarie notarius, Gesta Hungarorum, ed. L. Juhász. 1932.

SAECULA XIV—XV.

Ravenna, Iohannes de, Epistolarum liber, ed. L. Smith. (Excuditur.)
— Memorandarum rerum liber, ed. L. Smith. (Excuditur.)

SAECULUM XV.

Barius, Nicolaus—Kostolan, Georgius Polycarpus de—Hungarus, Simon—Zagabriensis, Georgius Augustinus, Reliquiae, ed. L. Juhász. 1932.

Bonfinis, Antonius de, Rerum Ungaricarum Decades, edd. I. Fögel—B. Iványi—L. Juhász (in IV tomis).

Tomus I. — Decas I. cum introductione et III reproductionibus codicum phototypicis. 1936.

Tomus II. — Decas II. 1936.

Tomus III. — Decas III. 1936.

Tomus IV. Pars I. — Decades IV. et dimidia V. 1941.

Tomus IV. Pars II. — Appendix Bonfiniana. Index nominum. (Excuduntur.)

— (Antonius Bonfinis), Symposion de virginitate et pudicitia coniugali, ed. St. Apró. 1943.

Callimachus Experiens, Attila. Accedunt opuscula Quintii Aemiliani Cimbriaci ad Attilam pertinentia, ed. T. Kardos. 1932.

Corsinus, Amerigus, Compedium in vitam Cosmi Medicis ad Laurentium Medicem, ed. L. Juhász. 1934.

Cortesius, Alexander, De laudibus bellicis Matthiae Corvini Hungariae regis, ed. I. Fögel. 1934.

Martius Narniensis, Galeottus, Carmina, ed. L. Juhász. 1932.

— De egregie, sapienter, iocose dictis ac factis regis Mathiae ad ducem Iohannem eius filium liber, ed. L. Juhász. 1934.

— Epistolae, ed. L. Juhász. 1930.

— Invectivae in Franciscum Philelphum, ed. L. Juhász. 1932.

Rabensteinensis, Iohannes de, Disputacio, ed. B. Ryba. 1942.

Seneca, Thomas, Historia Bononiensis. Qualiter Galeatius Marescotus eques extraxit Hannibalem Bentevolum de carceribus et reliqua per utrunque gesta. Carmen epicum, ed. I. Fögel. 1932.

SAECULA XV—XVI.

- Andronicus** Tragurinus, **Matthaeus**, *Epithalamium in nuptias Vladislai Pannoniarum ac Boemiae regis et Annae Candaliae reginae*, ed. L. Juhász. 1933.
- Canter Frisius**, **Iacobus**, **Rosa Rosensis**, ed. B. Ryba. 1938.
- Celtis** Protucius, **Conradus**. *Libri odarum quattuor — Liber epodon — Carmen saeculare*, ed. F. Pindter. 1937.
- *Ludi scaenici (Ludus Dianae — Rhapsodia)*, ed. F. Pindter. 1945.
- *Oratio in gymnasio in Ingeistadio publice recitata. Cum carminibus ad orationem pertinentibus*, ed. Io. Rupprich. 1932.
- *Quattuor libri amorum secundum quattuor latera Germaniae — Germania generalis. Accedunt carmina aliorum ad liberos amorum pertinentia*, ed. F. Pindter. 1934.
- Fontius** Florentinus, **Bartholomaeus**, *Carmina*, edd. I. Fögel—L. Juhász. 1932.
- *Epistolarum libri III*, ed. L. Juhász. 1931.
- Hassensteinius** baro a Lobkowicz, **Bohuslaus**, *Epistolae. Accedunt epistolae ad Bohuslaum scriptae*, ed. A. Potuček. 1946.
- *Scripta moralia — Oratio ad Argentinenses — Memoria Alexandri de Imola*, ed. B. Ryba. 1937.
- Naldus** Florentinus, **Naldus** de, *Elegiarum libri III ad Laurentium Medicen*, ed. L. Juhász. 1934.
- (**Naldus Naldius**), *Epigrammaton liber*, ed. A. Perosa. 1943.
- Strozza**, **Titus Vespasianus**, **Borsias** (*Fragmenta*) — *Bucolicon liber*, edd. I. Fögel—L. Juhász. 1933.
- Verinus**, **Ugolinus**, *Panegyricon ad Ferdinandum regem et Isabellam reginam Hispaniarum de Saracena Baetidos gloriosa expugnatione*, edd. I. Fögel—L. Juhász. 1933.

SAECULUM XVI.

- Corvinus**, **Elias**, **Ioannis Hunniadae res bellicae contra Turcas. Carmen epicum**, ed. O. Sárkány. 1937.
- Cybeleius** Varasdiensis, **Valentinus**, *Opera (Carmina et Opusculum de laudibus et vituperio vini et aquae)*, ed. M. Révész. 1939.
- Frankfordinus** Pannonius, **Bartholomeus**, *Opera quae supersunt*, ed. A. Vargha. 1945.
- Olahus**, **Nicolaus**, *Carmina*, edd. I. Fögel—L. Juhász. 1934.
- *Hungaria — Athila*, edd. C. Eperjessy—L. Juhász. 1938.
- Sirimiensis**, **Georgius**, *Epistola de perdicione regni Hungarorum*, edd. L. Erdélyi—L. Juhász. (Excuditur.)
- Stretzinger**, **Thomas**, *Oratio de divo Leopoldo III. Austriae marchione in universitate Vindobonensi habita*, ed. H. Maschek. 1934.
- Taurinus** Olomucensis, **Stephanus**, *Stauromachia, id est Cruciatorum servile bellum (Servilis belli Pannonici libri V)*, ed. L. Juhász. 1944.
- Thyrnavinus**, **Martinus**, *Ad regni Hungariae proceres, quod in Thurcam bella movere negligunt. Carmen epicum*, ed. L. Juhász. (Excuditur.)
- Wrancius** Sibenicensis **Dalmata**, **Antonius**, *Expeditionis Solymani in Moldaviam et Transsylvaniam libri duo. De situ Transsylvaniae, Moldaviae et Transalpiniae liber tertius*, ed. C. Eperjessy. 1944.

SAECULA XVI—XVII.

- Istvanffy**, **Nicolaus**, *Carmina*, ed. I. Holub—L. Juhász. 1935.